


0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17



110
Schedi
otia
Canonis
Empfry
tentacris
Biblio
145

63

J.C.



I. 4.

DE SOLVTIONE CANONIS EMPHYTEVTICARII TRACTATVS

Et in legem Paulus i. ff. de solut. & liberat. differendi exercitatio: qua eiusdem legis genuina interpretatio demonstratur, & de numi vel pecuniae institutione, proprietate, visu natura atque energia, totaque ipsius ratione, usu, fine; &c. Adiunctis ac consequentibus non minus luculenter, quam copiosè disputatur: tum etiam exemplorum varietas, & maxima controversiarum restibilitas discutitur: ac tandem nostra tempestatis in quacunque solutio- ne, & præsertim census tributiuue ius summum, atque ex hisce omnibus monetarum abusus (Regiae Maiestati obstantes) cum eos emendandi modo patefacti proponuntur.

B. symphreno Bressollo iurium Doctore, ac in Loigenensi præfectura Regio Consiliario Auctore.

EX SECUNDA EDITIONE.



Tolosæ apud Arnaldum & Iacobum Colomerios, Academiæ Tolosanæ Typographos. 1580.





Extrait des regestres de Parlement.

SV R la requeste presentee par Arnaud & Iaques Colomiez Freres imprimeurs iurez en l'Uniuersite de Toulouse, a ce que leur feust permis imprimer, & vendre un livre compose par M. B. S. Bressolles Conseillier du Roy & Magistrat Presidial en la Seneschauise de Lauragois entitule, De solutione Canonis Emphyteuticarij tractatus. Et in legem Paulus 1. ff. desolut. & liberat. disserendi exercitatio &c. La Court ayant esgard a ladite requeste a permis, & permet auxdits de Colomiez imprimer, & vendre ledict livre par ledit Bressolles compose, avec inhibitions a tous autres imprimeurs & libraires du ressort d'imprimer ou vendre ledit livre de cinq ans apres la presente impression paracheuee, sans congé de laiss ce Colomiez sur peine de confiscation desdits livres & autre peine arbitraire. Et en outre a ordonne & ordonne la Cour, qu'en inserant le contenu en cest arrest a la fin ou commencement dudit livre, lesdites permission & defence seront tenues pour suffisamment signifiees & venues a la notice, & connoissance de tous libraires & imprimeurs tout ainsi que si elles leur avoient esté particulierement monstrées & signifiees. Prononce a Tolose en Parlement le premier iour de Juillet mil cinq cens quatre vingt,

D V TORNOER.

COLLAT.

N V N C V P A T O R I A

E p i s t o l a .

I L L V S T R I S S I M O E Q V I -
T I A V R A T O P A T R I C O N S C R I -
P T O , A B A R C A N I S R E G I I S F I D I S -

fimo Consiliario, inuiolabilis Iustitiae pro -
pugnatori, summi senatus Tolosani Prin -
cipi æquissimo, Piissimoque viro Io -
anni Dassio Prae sidi primo Ber -
nardus symphrenos Brestol -
lus Iuri s prolyta per -
petuam exoptat
felicitatem.



T S I à maioribus nostris
multa diuinitus inuenta
atque instituta sint (Præ -
ses amplissime) nihil ta -
men præclarius, quam ut
ij qui in scientiarum stu -
diis elaborarunt nouum aliquod opus ad
communem hominum utilitatem edere
mitantur, si prius diu multumque cogitent,
an quæ incerto mortalium omnium iu -
dicio cōmittunt, tanto eorumdem con -
spectu digna sint. Deinde sollicito studio

A 2



& diligentia clarissimum aliquem maximæ commédationis virum tutorem sibi propitium defensorem siue meccénatēm eligendum inuestigent, cuius nomine singulari doctrina & pr̄sidio à liuidorum obtrestationibus, & syncophantarum cālumniis inscriptum opus defendatur. Ac proinde ipsorum etiam veterum memoria proditum est Philosophos & vates tā gr̄cos, quām latīnos cum egrēgiū quippiam ac Cedro dignum in luçem recenti fœtura emittere molirentur, ad sacra summi quem colebant defferre solitos, ut ipsi tanquam genuino fautori eorum opera dicarent: haç quadam religione colonos sequuti, qui primitias ac pr̄cōcem cōrēm suspendunt ad aras. Quæ religio ingenuè in nepotes dimanata adeo coaluit, ut si quempiam hominum honore dignū sentirent, id ipsum maiestati eius, quasi aurō gemmā includētes, cōsecrabant: quo in liminari aditu salutato augusto nomine fœlicius materiae fores protector latius aperiret.

Epiſtola

aperiret. Horum igitur consilio lucubra-
tionum nostrarum hoc qualecunque te-
ſtimonium (vtinam peritis gratū) posteri
tati relicturus, eius interim defectionis no-
tas, quibus humanum opus carere vix po-
test, proſpiciens, quo circa & nullam ho-
minum operam (vt ait ſocrates) calum-
niis non obnoxiam inueniri posse ani-
maduertens, quippe cum plures ſint qui
que æmulari nequeunt, paſſim calumniē-
tur & reprehendant, quam qui honestos
conatus encomiis debit is exornet. Nam,
vr ille ait,

πολλά μου ποσθα γένεται, οὐ μημισασται.

Te vnum idcirco mihi inter tot illu-
ſtres & præclaros huius ætatis proceres
eligendum tandem existimauit, cuius fi-
dei & patrocinio haec nostræ vigiliæ com-
mitterentur, tuique nominis amplitudo
eis ac pretiosissima gemma aliqua ferreo
annulo inclusa claritatem maximumque
splendorem adderet afferetque: sub quo
tutius quam sub Iouis Aegide in vulgus.

Nuncupatoria

dare èmittere que possem. Sed quid dico
nostras cum tuè potius censeri debeant;
qui cum generale illud senatusdecretum
natalitium,in quod agimus, suprema au-
thoritate profferres , qua vti solitus es e-
quitate & clementia commotus ad pro-
nuntiati oppositum tuis demonstrationi-
bus inclinare apparebas:sicuti & iurisper-
ritissimus ille Senator grauissimus ac de
omnibus scientiis optimè meritus domi-
nus Christophorus Ricardus perspicax li-
tis illius expositor : qui cum interdū hu-
manissimè mecum ageret , huiuscē di&t;
senatusconsulti, priusquam pronuntiare-
tur, questionem animi gratia proponens,
idem tecum sentire nobis plane videba-
tur. Vnde maiorem occasionem,animū-
que audaciorem ad hoc tentandum pro-
prio marte suscepimus: vt nos illorūsen-
tentiq; ascribentes, qui quum equitate,tū
& grauitate valent plurimum , summæ
curiè aresto illi panegyriço contradicere
mus, contradictionisque rationem hisce
nostris

hostris exercitationibus discussam sub tuo
nomine patefaceremus. Eoque non solū
audaciae nostræ , si qua est, facile tē ve-
niā daturū spero: sed & mēū erga te
animum abs te probatum irū mihi satis
persuasum habco . Ea item ratione li-
bentius hoc ipsum tibi offero , quod in
te vno copulatè , atque copioſe reperi-
antur , quæ in mei operis patrono atque
tutore optari possint, videlicet in bonorū
atque maloruim delectu prudentia, quam
græci φρεναὶ vocant, profunda abdita-
rum causarum sapientia, fortitudo, tem-
perantia, in suo cuique tribuendo iustitia,
& equitas, atque omnes alię virtutes, que
societatem humanam æquè tuerunt cle-
mentia, comitas, bonitas, integritas, grati-
tudo, beneficentia, atque liberalitas. Deni
que is sis à quo vno , virtutum omnium
sanctæque pietatis exempla tanquam a
policleti canone omnes humani magi-
stratus petere possint: quémque Christia-
nissimus etiam noster princeps , potissi-

Nuncupatoria:

mum in arduis quibusque tanquā Amphyaraum aliquem, aut Calchanta consulat. Hęc referto non adulandi gratia, sed quae omnes ferè Gallię prouintiæ, & Tolosatū in primis non sine magna tui laude & celebrant & admirantur: quibus tu vt alter Agasicles Laçedemoniorum rex non aliter imperas, quam ut pater filiis, estque te præside Tolosa non minus beata, quam sub Amasi rege Aegiptus fuisse dicitur. Ob has igitur singulares animi tuidotes, quae in te non emicant solum, sed etiam clare lucent: cumquę nominis tui amplitudine & magistratus autoritate tatum apud omnes valeas, satis fœliciter mecum actum videbitur, si in tuam clietelam & defensionem officiorum tuorum magnitudine hoc tale opusculū suscipias, in eoque eiusmodi animo amplectaris, cuiusmodi cōplexu omnes præcipue tandem literarum studiosos tenere soles. Tū enim nec verebor maleuorum reprehensiones, nec feroçissimos inuidorum mor-
sus,

Epiſtola

Ius, ſi te ornatiſſimo preſtatiſſimo que tu-
tore frui liceat. Et eo liberiorem ad te mi-
hi aditum expeſto, quo tam multis, tāque
eximiis animi dotibus, corporis ac fortu-
nē bonis exceilentior es, téque liberalius
quicquid id eſt, quo tibi obſeruantia no-
ſtram ſignificare volumus, accepturum
confido. Nam quo quisque maior eſt, eo
ſe facilius ab omnibus obſeruari, colique
patitur, ac velut quidam inquit.

Offendunt nunquam thura precesque Iouem.

Hoc igitur (Præſes clarissime) quicquid
eſt laboris noſtri munuſculum ob molis
exiguitatem nequaquam ſpernas: puſillū
quidem eſt, at viribus fortaffe amplū, &
aliquo pretio dignum: ſiquidem pretio-
ſa ſunt aliquando laſidum corpuscula.
Quamobrem & ex hiſ munuſcula, imo
etiam laſilli, vt gēmmę ingenti quo uis
ſaxo pretiosiores: Sic & puſilli nonnun-
quam homines maioribus preualent, vt
de Tydeo ſcribit Homerus: à quo quam
uis ſtature breuiſ eſſet, Thebanos tamen

omnes

Epiſtola

omnes certaminibus lōgē ſuperatos fuif-
ſe tradit. De quo etiam Statius ita poſt
Homerum cecinit.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Quid Socrates & Aristoteles primi
omnium philosophi (vt alios propemo-
dum innumeros taceam) perexiguę pro-
ceritatis homines, quanto preſtantiori in-
genio pređiti fuere, quam quiuis alii grā-
diores viri, etiam Gigātes? Sed quod ma-
ius eſt, illud non vt noſtrū amplius, ſicut
antea dicebamus, ſed vt omnino tuum
(quo ni fallor tuam ſententiā infequor)
placido & hilari vultu excipias obſeçro.
Artaxerçem persarum regē imitatus, qui
aquam in manibus cuiusdā pauperis, cui
nihil aliud ſupererat, oblatam iucundus ſu-
bridēſque fuſcepit. Hincque illud memo-
ria dignū ſepe dicere solebat non minus
regale & humanum eſſe in principe par-
ua munera lubenter accipere, quam ingē-
tia elargiri. Quod ſi tibi forte minus gra-
tum fuerit, cum nihil feret tanto viro dig-
num

Epistola nuncupatoria.

num in eo reperietur (quādoquidem nec
qualia dignum esset, sed qualia potui dig-
nitatis tuę nomine nimis audacter emis-
sa videri possunt) saltem eo nomine orna-
tius, illustrēque magis ac decoratum ad
studiosos trāsmīssum alios me doctiores
incitabit, ut alia & doctiora & digniora
remittat. Sin autem tuo digna fauore iu-
dicabis, cūmue tibi non displicere intel-
lexero (quod pro tui ingenii suavitate
& singulari in nos gratia ita fore confi-
denter spero) tum & ceteris satis placere
putabo: tuóque hoc fauore & authoritate
sretus facile omnium & odiū vitare po-
tero, & inuidiam sustinere. Interim deum
Opt. Max. supplices deprecabimur ut do-
na illa quę largissimè in te contulit, in
Nestoris annos augeat, atque conseruet:
ut tāto religionis catholicę protectore &
afyliæ forēsis præside diu Tolosa perfrua-
tur. Vale: ex tuo collegio diuę Catherinę^x
apud Tolosates quinto idus nouembris,
Anni à partu virginis septuagesimi seipi-
mi supra millesimum & quingentesimū.

αποφθεγκτικόν τοῦ αὐτοργού
Εὐγένιος πιστωτικόν τοῦ αὐτοργού

B. Σὺ νο Θρεύδε B. ὑπέρ εὐχαριστίας
Εὐλογεῖ τὸν Κύριον, ὃς σὺν μοι ἀντῆγεν.

Auctoris dicterium.

Cum fiducia adhaerere Deo bonum.

B. Synphrenus B. Pro gratiarum actione
Benedicit Dominū, qui tribuit sibi intellectū.

B. Aluari artis medicæ in Tolosana: academia regii professoris in laudem amantissimi auctoris ad lectorem Tetrastichon.

Primitias cum animi tantas Bressollius edat,

Quid speres? gratus plurima, crede, feres.

Nosse cupis nummi pretium? docet auctor in isto
Perdoctè libro, quem lege & accipies.

D. B. Bressollo quendam præceptoris suo.

I. Franc. Richardus Tolosas.

Es datus humanis, superū miserāte caterua,

Quò iusta apperias mystica sacra Dea.

Est experta suas in te Tritonia vires:

Quid musæ possint, hoc satis ipse doces.

Hausisti leges ipso cum lacte nutricis,

Vnde sacerdotem vult Themis esse suum.

Fata tibi Pylios dent annos vivere, dites

Viel solo nummo qui facis esse viros.

Dominicus Cazanus Iurisconstus ad
amicum suum Bressollum.

Dum rabies belli ruptis elapsa catenis
Omnia pmiscet, dum Mars truculēt^o in iras,
Arde scit raukos spirant dum cornua cantus,
Dum simul inter se Bellonæ semine diro
Discordes Galli dextras in prælia miscent,
Itur & in cædes, in fraudes, itur & iras:
Itur in incidas vastis muralibus urbes
Tormenris ictæ curuum patiuntur aratrum:
Dū ferro haud flāmīsue mod^o dūq^z arua colon^o
Vlla colit. cœpiis dum non desistit Enyo:
Sed populū in populū & magnos in p̄lia reges
Prouocat, & vastas longè lateq^z per urbes
Grassatur miserū crepitatibus vndiq^z flāmis:
Astræa sacros penetras Bressolle recessus,
Atq^z modis leuibus reseras penitusq^z reclusos
Enucleas, age mæte animo nec cœde labori,
Nec pigeat nymphæ pēetrasse arcāa triformæ
Nec minus ingenuas didicisse fideliter artes:
Ad sacræ quæ te Themidis legumq^z trophea
Attollent tantis modo sors virtutibus alma
Iam uelit esse comes tū dulcia mēbra soporet,
Celsa breui series sublimibus astra capillis.

Aa

Proemium.

A D I N T E G E R R I M V M
iuris administratorem, sollicitum legum co-
seruatorem, totiusque fori Tolosani splen-
dorem, in supra **T**e^ct^os agum curia Regis,
rei^q pub. generalem patronum clarissi-
mum, tu^o & arcani interioris sue atq^z sanc-
tioris consilij Regij conscriptum sapientissi-
mum ac fidelissimum Consiliarium D. Io-
annem Stephanū Durantum auctor fau-
sto cum omine, Dei^q auspicijs ex instituto
submissim dirigit.



V I V S C V N Q V E
muneris hominibus à na-
tura id insitum esse vide-
tur, regis patrocinii an-
xie tutor, ut quoties im-
pedimento aliquo retinentur, aut parum
expeditam viam ad suam functionē vel
institutum vitæ genus capessendum ha-
bent, tandem ut restituatur decessus, si qui
sint, desiderent multi: alii vltro suā ope-
ram & studium ad remedia explīcent:

a lii

Proemium.

alii autem cum id nequeant illius vice,
si otium interea detur, saltem quippiam
in communem utilitatem edere molitur.
Quod cum ita mihi acciderit, ut to-
tis viribus enitenti vitę rationem iandiu
apud me definitā maturè subire, eāmque
gnauiter ex collendam, ac reliquo ætatis
spatio exercēdam arripere: ad hūc diem
usque, non fortuna, ne ethnicè loquar, sed
viris bonis deploranda temporis iniuria,
nescio quo fato (quinimo citius permit-
rente diuino numine) mihi inquam obs-
titerit. Veruntamen Deus opt. max. sua
benignitate & gratia (qua nos perpetuò
fouet) defectū huiusmodi aliquo studioso
honestoque otio, nobis inter tot tempes-
tatum procellas concesso, tum & ceteris
facultatibus necessariis cōpensauit. Quo
aliquid à nostræ functionis scopo mini-
me alienum, & ad huiusce miserrimi se-
culi plurima incommoda, iam ab aliis de-
tecta, è medio à nobis, si fieri possit, fugā-
da vel quatenus licet tollenda sane aptum

in

[Pro]œcium.

in apertum proferre modo liceat: Cuius
subiectum et si multorum multis, variisq;
opinionibus hinc inde agitatum hacte-
nus fuerit: Nihilominus & à nobis noui-
ssime resuptū, satque copiose in vtranq;
partem discussum, ac tandem pro parte
maiori fauore digna, vt iustiori & equo-
ri ita conclusum attentè animaduertenti
videri poterit, vt etiam totum eiusdē ne-
gotium omnino definitum haberi suo iu-
re debeat. Interim exoptantes vt Rex no-
ster inclytus corruptos suorum subditorū
mores illos (quibus comercia & eorum
leges, statutaque regia depravata fuere)
quamprimum emendet: & tandem eius
beneficio rediuiua fides (in contractibus,
vsique monetæ societatem humanam
cōseruantibus) seruari solita iam modo
resurgat: Potissimum

*Nunc cū quisq; suo nūmos, sine Principe, nūtu
Sumit, & exponit, regula nulla manet.*

Siquidem & omnium infelicitatum in
quouis regno, vel republica cūilibus se-
ditioni-

Proemium.

ditionibus ut plurimum comitantium,
illa prima ac maxima semper & apud
omnes reputata verè fuit: cum subiecti
tēpestatis miseria fruētes, vel potius abu-
tentē, licentius quam par esset, sese ita
legibus solueri conantur, ut à sui princi-
pis vel magistratus obediētia (quam illis
ad edictorum atqne ordinationum ob-
seruationem iure dominii debēt) pro ar-
bitrio discedant: Idque legibus interpre-
tationem suis affectibus respondentē per
peram imponendo. Vnde ingentia pro-
culdubio dimanasse incōmoda, antiquos
historiographos gnauiter legenti notatu-
facilia constat. Qualia & nos isto ærum-
noso tempore ab hinc annis tribus de vi-
ginti multa prohdolor! experti perpeſſi-
que sumus, in haç nostra præsertim Frā-
cia, in qua nescio quo infortunio omnes
ferè populi à nostrorum superiorum mo-
ribus penitus degenerasse, tum & ab illa
obseruantia, quam suis potissimum regi-
bus, corumque statutis & ordinationibus

lotū

præſtare

Proœmium.

præstare solebat, impunè deflexisse videntur. Præsens & continuus monetarū usus (quem cursum vulgus vocat) earumque pretii varia mutatio, ut incrementum & decrementum inter cetera hoc ipsum lucidius demonstrat. Quoniam nec antiquitas miseriæ exemplum nostri temporis calamitati simile aut par habet ullum: quo etiam plebs ipsa plurimis monetæ speciebus huiusmodi cursum, quem appellant, contra regium edictum, suiq; magistratus autoritatem iure vel iniuria ac pro arbitrio dedit. Quæ quidem effrenata licentia in boni totius reipub. confusionem ac incredibile detrimentū maximè vergit. Quemadmodum enim numeri siue monetæ ad commercium inter mortales facilius exercendum inuenientur, usuque trite sunt ita et earundem pretij augmentum vel diminutio illius commercii progressū perturbat ac confundit, humanasque actiones commerciales multum certè impedit. Quod quidem creditorū intol

intollerantia & sollicita, nimisque hians
auaritia, crebrius accidit, qui (debitum ut
minus securum amittere hesitates) à suis
debitoribus monetę species aureas vel ar-
genteas in maiori pretio, quam regia or-
dinatione sanctum fuerit, pro sibi grata
solutione sepe recipiunt: quas post-hac spe-
cies eodem pretio exponere pergit, quo-
cas à creditoribus sponte suscepérunt. Nec
minus frequenter multorum ducū repetūdis
sue surreptis à suis militibus stipendiis idip-
sum euenire solet: ut quandocumque talia
stipendia ne-dum integra vel debita per-
soluentes, numerum species pro maiori
pretio accipere suos milites cogunt: & ij
denū milites apud populares homines
idem agunt. E quibus insuper & merca-
tores, ac inter ceteros maximè Lemoui-
censes quibusuis monetarum speciesbus
magis abutēdi ansam suscepérunt: illis pro
arbitrio nunc incrementum, & alias de-
cremnum dantes, quod sibi ipsis in du-
plex commodum vertitur. Primo illis nu-

mis

Proœmium.

mis, quos iam in loculis tenent, sibi maiorem summam tali incremento efficiunt. Secundo merces suas militibus, & aliis posthiac hominibus sub pretextu illius augmenti carius vendunt: nec imminuto paulo post earundem specierum pretio ob id quicquam ab illis vilius emi potest. Quod si diu patiatur Princeps, nusquam carius veneut merces, quam in suo regno tandem vendentur: & alia sexcenta incômoda sequentur, ut maximi exempli gratia, Quid dicemus de questoribus tam provincialibus quam generalibus? qui principis ac reipub. tributa à populo exigen- tes numos non pretio currenti, sed pro minori, ut ordinationibus regiis statuto, strictè vel summo iure recipunt? Hinc profecto manat ipsius. Gallicanę plebis op- pressio in tributorum solutione, quam coactoribus prestare debet: qui quidem coactores predam illam pecuniarum rapinam à populo extortam, tum & moneta rum pretii incrementū illud cōtra edicta regia.

Proemium.

Rēgia vītu tritū inter lucra ac proprios que
stus suos ordinarios iniquè enumerant.
Hinc etiam lites ac fermè infinitè cōtro-
uersiæ inter subditos deriuantur in dies,
tum circa retractum affinitatis vel con-
ventionum exequutionem , quum & in
prouentuum, tributorum atq; census, vt
emphyteuscos, annua solutione, & simili-
bus aliisq; prope infinitis cōventionibus
humanis: hinc cuiuscunq; generis morta
libus cōmune dānum, ac p̄fertim i em-
ptionibus, solutionibus, atq; monetarum
permutationibus, & ceteris similibus ne-
gotiis, quotidianum emergit incommo-
dum : vt cum quis videlicet emere quid
vult, aut debitū soluere , si numos in pre-
cio recenter currenti exponat, tum vendi
tores, quum & aliquando creditores il-
lorum tumorum species recipere sub ta-
li pretio renuunt, vt minoris ad suum ip-
forum lucrum augendum easdem tandem
species consequantur, sic que plures coa-
ceruent: idque semper in emptoris vel de-

Bb bito

Præcēdium.

bitoris detrimētum, qui forsan illas sub
pretio currēti, vel pluris accipere coactus
fuit, & postea minoris easdem insumere
rursus cogitur. Nec prætereūdum de tra-
pesitis siue mensariis, qui cum maiores
monetæ species, vt aureas, cum minori-
bus, vt argenteis, vel minutis vt æreis cō-
mutant, solito lucro non cōtenti, quo pro
vnius numi vt solaris aurei permutatione
assem vnum aut alterum sibi retinere cō-
sueuerunt, illum nihilominus exépli gra-
tia solarem aureum non nisi minoris reci-
pere volunt: ita vt quamuis ipsi, sicuti &
alii quos antea diximus, huiusmodi nu-
mos emittendo, aliisue tradendo incre-
mēti authores siue fautores primi fuerit,
iidem tamen vltimi eos numos cum tali
incremento vicissitudinaria illa commu-
tatione recipiunt. Quinimo & quod pe-
ius, maiores monetæ species nunquam
ranti recipiūt, quanti easdem ipsi aliis ex-
ponunt, in suisque commerciis insumūt.
Hec benè norūt aliena tam publica, quā

priuata

Proœmium.

priuata negotia gerentes, qui & si pecunię recipiendę rationem se reddituros nimis sciant, nihilominus numos ex mercimoniis, vel debitoribus pluris suscipere quam ipsi postea aliis exponere possint (si munera sibi iniuncta pro officio exequi velint) interdum coguntur. Vnde pro aliorum commode & suorum stipediorum loco, tale damnum ut plurimum patiuntur. Hoc autem incommodum ex numerorum tanta varietate, vel pretii mutatione, ut incremento deriuatum, quidam nefcio an regnicoles, vel potius alienigenę ut quorum plus interest, satis corrigi vel resarciri posse autumant, si commercia, emptiones & alii contractus per solos aureos numos in specie, eorumque partes absque libre, assis & denarii expressione fierent. Quo quid absurdius? quinimo & multo plura incommoda ex eo sequentur. Quum enim pars aliqua intercideret ut una tertia, secunda, vel quarta, qua que fo alia mēsura ut certa designaretur, si in-

certum remaneret numi illius aurei pretium? ut si apud nos tribus francis valeret, & apud alios quinquaginta tantū solidos, quomodo definita esse posset eius pars secunda vel tertia? nam apud nos tercia pars esset viginti asses vel solidi, apud alios vero sexdecim solidi cum octo denarijs, & ita de cæteris: sicque differens alia atque alia: & ita nunquā certa esset aliqua illius pars. Quocirca nec per eius partes fieri posset ullum cōmerciū, nisi forsitan in minutissimas quasdam partes dissecaretur, quod ridiculū omnino esset, tum & aliorū metallorum monetæ species, ut præsertim minutiores, quæ promaiorum monetarum mensura institutæ sunt, ad extremum inutiles redderentur, & alia plurima damna inde oriéntur: quæ recensere prolixum ac forsitan tediosum esset. Quamobrē illius numi aurei pretiū prius definire, atque unicum inde perpetuò manere oportet, quām eius pars aliqua à quouis designari posset, & aliis hu-

Præcēdium.

mis mensurari. Quod cū vix fieri queat,
vt experientia nos quotidie doçet, multo
satius videtur vt cuncta commerçia per
libram assem & denariū (sicuti iam regiis
ordinationibus sancitum est) fiant: aurei
vero numi si non immutabiles remanere
possint, vt iure suo deberent, saltēm tam
rarō quam fieri poterit (vt semel ab uno
quoque principe) pretio potius augean-
tur, quam imminuantur. Quandoquidē
diminutio multo pluribus, vt pote pau-
peribus ac diuitibus detrimēto esset, quā
augmenti iam suscepiti rētentio, vt lippis
& tonsoribus notum, idque non pro ip-
suis populi arbitrio (ne apud quosdā, &
pro varietate locorum tale monetē com-
mercium variis tēporibus fiat, quale no-
stra tēpestate videmus, vnde dicta oriun-
tur incōmoda) sed sola principis vel ma-
gistratus autoritate, vbiique, eodem tem-
poris momento, & apud omnes suo cir-
cumscrip̄to imperio subiacētes. Vnde &
aliud rursus incōmodum emersurū qui-
dem

Præcēdium.

dem video, si cum exteris alterius imperii vel regni sive ditionis mercatoribus cōmerciū fiat: apud quos forte tale numerū incrementū locum non habebit: quare & ab ipsis merces carius emētur. Verum, sed è duobus incōmodis, quorū alterutrum euitari non potest, minus eligendū cum philosophis céleo: tum & hoc ipsum quātuncunque liquerit, minuendū: quod sane fiet, si nostra in hisce sententia (vt equitati maximè congrua) sequenti disquisitione latius discussa Dei & principis beneficio suū sortiatur effectum. Hāc igitur primi ac sumi socii tui valido præsidio dicatā, Vir ornatissime, p tua māsuetudine velsemel tātū plegas. queso, obsecro, humiliq; animo rogo. Non vt ex ea tibi aliquid accedat vel decedat, sive quò à nobis optatā illam monetarum abusus correctionem meo impulso vel adhortatione fieri debere temere præsumam: quin potius tuo ipsius iam solito officio, prōque regii patrocinii munere

Proœmium:

nere accuratissimè semper à te gesto, idipsum inquam, cum prudentię tuę cōmodum videbitur, Deo propitio effectum dabis: quò nō serius quām opus esset, huic malo, te medico patrono vel auctore, me diçina paretur. Tanto enim apud regem magnū illum cliētem tuū fauore, tantaq; in Senatu auctoritate polles, vt non hæc solum, sed multo maiora tuo suasu & cō filio in dies corrigantur. Cuius rei ergo vt honore & dignitate es sublimior, ita & scientia ac rerum experientia præstantior iam omnibus videris: imo vt breuius & verius dicam is ipse es, in quo quisque omnes virtutes, animique dotes notare, ac per effectus oculis cernere potest, quas Isocrates Athenis ad Areopagitarū gradum vel solium ascēdendum necessarias esse dicebat: ita vt iam dignus probatus sis, qui à tam integro & equo consulēdi officio, ac è tāti patrocinii functione optimè à te gesta atque felicissimè hacten-nus peracta ad amplissimos dignitatis

Præemium:

gradus, celsissimásque sedes peruenias:
quibus te dignum non solum eruditórum
vulgus, quinimo & cuncti egregii viri fa-
tentur, prædicant ac mirum in modū ex-
tollūt. Interea verò Deus Opt. Max. tuis
omnibus & consiliis & factis adhuc, atque
faueat, cunctaque tua secundis cuiusbus cœ-
pta faustioribus beat in commune totius
reipub. bonū, decūsq; tuū immortale, ac
in perpetuū. Vale Senator eruditissime,
nosque ut studiosos tuo grato affectu so-
lito peramato. Tolosę peractum in Col-
legio beatę Catherine, Anno ab vniuer-
sitatis redēptione sesqui-millesimo sep-
tuagesimo septimo, & quinto Idus No-
uembris. B. S. Bressollus obsequen-
tissimus, adque omnia paratiſsimus.

Td Διεπίχου γύναιοι καὶ

Ποντίλη γένεσις πολέμη, Τόρη ΠυΤορες Τεκυνη
Αγκινος Σεβίδης Κ παραχθεοπιάνη,

[idem ad verbum in Latinum versum]

Ars oratorem fecit, natura poetam;
Iude sagax suspræbuit & sophiam.

HORATIVS:

Si quadringentis sex septem milia desunt,
Est animus tibi, sunt mores & lingua fidesq;
Plebs eris.

ΑΛΛΑΞ ΤΗΣ ΕΥΧΑΣ ΕΜΟΣ ΕΚΟΩΔΟΣ ΕΥΡ ΚΕΙΓ ΒΙΤΙΛΙ

ΑΚ ΕΘΕΛΩ ΠΛΑΤΕΗ ΔΚ ΕΥΧΟΜΑΙ, ΑΛΛΑΞ ΜΟΙ ΕΗ
ΖΛΩΠΑΔΙΣΥ ΟΛΙΓΟΥ, ΜΗΣΤΗ ΕΧΟΥΤΙ ΚΑΚΟΥ;

ET NOS CVM THEONIDE:

Non scopus est voti multis ditecere rebus,
Viuere sed paucis, dum probus vndiq sim.

Opt. Doctissimoque viro Ber. synp. Bressollo iuriū proly
gē in eritissimo, olim in Aucitania metrapoli. pr
ceptori suo colendissimo Philosophiam pu
blicē profitenti. Petrus Consul iurisper
ritus Lumberiensis. s.

Transit annificus iam sol duodena per astra,
Cur Bressolle tuum nunc opus occulitur?

Profer id (est præstas) inter monumēta virorū
Clara: nec exangues aufuge linguipetas.

Daffius Astræ numen, primusque suorum

Tectosagum custos bracchia passa dabit.

Palladis astabit validum Durantus asylum,
In mitis durus in iniudiam.

C.

E.

*En tibi ruricola grati pia munera pendent,
Qui superos superant Marte iuuante tuo.
Bellipotens aderit tibi tutrix pompa Deorum,
Quæ curans agros, annua dona feret.
Non sinet oppressos terræ Berecynthia seruos,
Diligit hæc istos, pignora chara Ioui.
Iuppiter ipse fuit primus Telluris arator,
Quique tulit leges, pascere nouit oues.
Hinc est quod leges cōdonat plurima curuis
Agricolis: nec dant, taurū & aratra capi.
Paruulus es, dicas, quid? age: ò tibi gloria maior.
Herculis Antæum paruulus arripies.
Paruula sic rigidas disrūpit Broncia quercus,
Paruulus ut puppi Remmora piscis obest.
Paruulus oh! Gryllus (referūt) armēta fugauit,
Paruulus & magnm Pallade dante pete.
Tu petis auriuoras regno procul haust a ferētes,
Turpia qui carpis numina iusta colis.
Tu sophus Auscorum vicisti multa sophorum
Dogmata: nunc domino iura petita neges.
Hinc tibi perpetuam referes laudemq; decūsq;
Villicus hæc semper carmina grata canet.
Nobilis agricolam bis senis vicerat armis,
Que emphyteota suum reiicit in dominium.*

E. Merlet iuris prolyta ad laudem dilectissimi auctoris
enī sue operis tetra stichon.

Rura sacra Themidis fœlicibus insita pomis
Tradita sunt certa lege colenda tibi.

Tam bene si canonem reliquis persolueris annis
Nō est quod fundū vēdicet alma Themis.

Berecymthia nomine, ad eundem Bressollum præceptorē
suum Ioa. à Santoioanne Garcaisonensis
aduocati epigramma.

Classica raucisonos disclāgat buccina bombos,
Nobilis agricolam fœnora dura premunt.

Surgite magnanimi proles mea, Diq^z D^zq^z,
Et iacula in magnam frangite versa Deā.

Vesta ego cū charo genitrix sum salua colono,
Hæc laus Bressollo gloria clara datur.

Munera vos illi memores offerte quotannis,
Tutoris vester tempora cingat honos.

In præstantissimi iuris prolyta D. B. S. Bressolli in collegio
diu^z Catherinæ Tolosæ tunc commilitonia
amantissimi tractatum.

Bressollus Themidi, musis, Phæbōgne dicatus
Syntagma excellens Marte vigente tulit.

Quo docuit Themidis fluetantia ne^ztere iura,
Pectore quod toto gratulor ipse meo.

Et tibi quod defert cætus Bressolle precamur
Ut cingat Nemesis sacra corona caput.

P. Chauillan^z L. i. d nūc insuprema Burdegalēsi curia patron^z

AD LECTOREM:
Si genus auctoris cupias cum nomine scire,
Huc inscripta precor nomina cuncta lege.

B. S. B. A. L. M. I. D.
PROVIN. NARBONEN.
ΜΥΝΑΡΧΙΑΣ, I. IV RIDICA-
TUS SIVE PRAEFECTVRÆ
Carcassonensis, Diœcesis Elec-
tensis, patria Quilhano ori-
undi ad lectorem.
ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΝ.

Si quid est in me ingenij, per-
picientiae, inq[ue] per noscēdis doc-
trinarum facultatibus sagas
citatis (quod sentio quam sit
exiguum (lector beneuole) id
totum non tam nostro naturali genio, quam op-
timæ voluntati discediue studio incredibili no-
bis diuinitus concesso acceptum ingenuè refero.
Quoquidem studio siue flagranti amore, scien-
tia cupiditate insatiabili effictim à teneris

Cs

longuiculis incēsus, primū liberalibus artib⁹ int̄
gra iuuenili etate gnauiter operā dedi. Tū st̄
tim ac mature toti philosophiæ (Ut quæ veri
cuiusuis indagatrix ab omnibus cēseretur) me-
ipsum sponte deuoui: ad quam funditus edisce-
dam in omnium celeberrimis diatribis, ac tan-
dem Lutetiæ Parisiorum, tum & in ijsdē iam
perceptis publicè per docendis tam apud Aqui-
tanos, quam Occitanos in eorū præcipuis aca-
demijs tria lustra, vel amplius sanè cōsumpsi.
Deinde totius iuris præcipuos titulos, qui ut
plurimum usu teruntur, ac impræsentiarum,
& apud nos obseruātur, sub domino Franci-
co Balduino bonarum literarū, totiusque iuris
peritiſſimo per biennium audiuiimus: corā eodē
in meos condiscipulos syllogistico more ſæpe agē-
do, quum & alijs publicè exercitationis gratia
de iure respondendo: ita ut ab ipso demū pro-
lytæ gradu fuerim insignitus. Quo nec dum cō-
rentus Tolosam petij, ubi legali auscultationi
denuo triennium dedi. Quibus ita peractis, idē
de iure quod de philosophia p̄f̄stare decreue-
rā: Ut iam auditu precepta vina voce docerē.



Quod etiam mox bono animo tentavi,
assumpto de regulis iuris digestorum titulo o-
nium utilissimo, ac interim à cunctis aliis pu-
blicè docētibus neglecto, aliquot leges ut primo
omnium generalissimas, sive summas (quæ tā-
quam capita aliarū sunt) certa serie, optimāq;
methodo ad minus generales progrediendo præ-
legimus: sicq; reliquas, non quo ut plurimū dis-
ponuntur ordine, sed alio cōmodiori iam à no-
bis suscepto, atq; faciliori ratione peracturi erā-
mus. Sed cum ipsi etiā iuris professores publici
nomine & gloria clarissimi, quiq; præ ceteris
doctores primi & habentur, ac re ipsa sunt,
vix à paucis scholasticis, & ab eisdem minus
attente quam par sit auscultarentur: ac nihilo-
minus multo plures lectores, quam auditores
(nescio an discendi abusu vel temerario docē-
di ausu, aut potius fallaci exercitatione) in dies
nascerentur: cumq; docendo sat etatis consup-
fisse mecum ipse reputare, statim ab incēpto pro-
posito destiti: mutatoq; consilio priuata studia
repetenda maiori cum fruge statui. Inter quæ
singula reuoluendo, cum nostri tyrocinij exerci-
tationes

tationes reficiendi animi causa perlegerem qui
busdam prætermisſis, singularia magisue
præcipua relegi atque paulò attētiū animad-
uerti. Tum & illico in utrumq; ius Isagōgen
nobis ipſis particularem ex omniū doctōrū il-
lustrium, qui hac de re ſcripſerunt, ſententijs ſe-
lectam conflare animus fuit. qua περὶ θεομογίας
ipſe primò annotarem, quæ priuquam quis ius
ipſum pertingere queat nouiffe omnino debet,
et illa pro arbitrio deſcripta, alia diſſiciliora
plus plusq; ardua per quam ſerio studio, ſedu-
lāque repetitione proſecutus ſum. Quibus omni-
bus ſic noſtri voto respondentibus, Deo fauore
exactis, quid ſupereret contemplanti mihi in
mentem venit me in huiusmodi progreſſu quip-
piam prætermiſſe: nempe quod iam tum the-
ſes quasdam ex toto iuris corpore collegiſſe de-
bueram. Quipe cum ſolum prolytæ gradum lu-
tetiae aſsequutus ad doctōratū iam modo aſpi-
rans ut ipſum noſtri ingenij ſpecimine pro-
more ſolito etiam Tolofæ factō, maturius con-
ſequerer. Sed paulò poſt quorundam doctōrum
relatu intellexi, id moris minime eſſe ut licen-

tiatus

tiatus, cuiuscunq; vniuersitatis fuerit, si docto-
ris gradū petit, in alia vniuersitate theses pro-
ponere debeat: imo nec aliud examen perpetū
cogitur, nisi ut orationē, si velit publicē agat.
Quod cum in supra cōmemorato illo de nobis
periculo sive ingenij specimine peracto iam ip-
se pr̄estitissim, aliud thesum loca agendū mox
consideravi. Itaq; illum ut omnium maxime
cōmunem vel generalem, sic & cunctis vni-
lissimum de regulis iuris digestorū titulū, paulo
ante intermissum, exactius meditandū resūp-
si. Cuius et si omnes penè leges tam latè patet,
ut nunquā exoleuerint, nullæue abrogari pos-
sint, sicuti peculiares quāplurimæ tam Codicis,
quām pandectarum in dies abrogantur: sunt
tamen eiusdem multæ tam generales, ut in-
finitis propemodū casibus accommodari possint,
sicuti praxis ipsa iudiciaria vitilitigatores, ac
pr̄esertim forenses palæstricos facile frequen-
terq; docet. Quocirca easdem primò supra cō-
memorata serie repetij: tum ex quatuor egre-
giorum doctorum commentarijs præcipua ma-
gis seligens nouum aliud commentum, rebus in
hīsc

bisce comprehensis & per paucis additis no-
stro ordine vel etiam faciliori methodo dispo-
sit is in eas ipsas peregrimus. Inter quæ cum tra-
ctatus in legem omnium illarum pulcherri-
mam mihi arrideret plurimum, paulò diu-
tius in eo commorans quotquot auctores qui
de ipso tractarunt mihi comparare potui, di-
ligenter euolui atq; reuolui, ut integrū aliquid,
& quatenus licet vndique perfectum commē-
tariolum in eam legem ab illis elicerem: ac tā
dem aliquando si res ipsa pateretur in lucem
pro una thesi ederem. In quo tandem elabo-
rauimus, ut iam ab hinc biennio typis publi-
cis mandari præsto sit. Porro tot & tantis
auditis doctoribus, perlectisque auctoribus cū
ingeniorum varietatem sana mente perpen-
derem & quid de illa dijudicare possem diu
multumq; meditanti ad extremum mihi no-
uum quoddam subiectū sese obtulit. De quo
nemo adhuc, quod lectione vel auditu alio-
rumque relatu sciam, quicquā tractauit. Quod-
extemplo mihi arripere, ac de ipso animi cau-
sa tractare quamprimum ausus sum, ut pro

altera thesi nouum opus noua inscriptione in
apertum: alijs prius discussis, & in lucem edi-
tis, suo tempore à nobis proponeretur. Verum
ad quid ista? dicet aliquis cur tot & tanta
commemoras, quæ ad rem præsentem parum
conducere videntur? an ne gloriole, qua nihil
vanius, gratia inani cum ostentatione illa en-
narras? Minime gentium: non enim talens au-
cupamur gloriam, imo verò lubenter ista recè-
sentes ingenti quidem recreatione animum re-
ficiimus, ut quid tandem in museolis latitantes
egerimus, liuidis quibusdam mente captis no-
bis iniquè detrahentibus, cum volèt monstrare
possimus: qui ut crebrius inutiles, sic & a-
lios quosuis etiam frugi homines flocci faciunt.
Sunt namque aliqui tam amenti genio præ-
diti, quo cum ipsi leui quodam iudicio se mul-
ta comprehendere breui tempore posse, atque
breuiori cadem illa fallaci memoria tenere
falso putant: minima est omnium temporis
particula, quam serio quodam studio insurmat.
Reliquas autem totius ipsorum etatis partes
in cassum abire sinentes vel in facinorosis

actioni-

actionibus consumentes, alios interea ab eiusmodi prauis actionibus abstinentes, & honesto literarioq; studio incumbentes tam impudenter damnant, ut quicquid illi studiosi in suis museis agant, isti stulti id nescientes sed sola inuidia pressi illos ingenij hebetes existimēt, & eosdem illudendo an falsam monetam in tuis cudent percontantes pro solo ludibrio habet. Et breuiter cum ipsi nihil boni nec ore nec manibus agant, in alijs iniuste carpendis, tanquam sibi fabulæ essent, subsannando se se totos occupant. Tum & curiositatis maiori cruciatu torquentur, quum ipsi garrulifycophant & alios tacitos prudentes ac modestos in conuiuijs vel alijs communibus colloquijs cernunt. At stulti illi qui cum nec modum ullum, neq; tempus, neq; locum norint, ubi, quomodo, & quando vere docti probantur, in sole cacevitentes eos qui re vera periti sunt etiam ignorant. Si quidem tam multa etiam sunt ingeniiorum genera, que ipsi quo pacto agnoscent, cum nec suum quidem, quia nimis vagum,ullo modo norint? de quibus omnibus alias

Deo dante videbunt & isti amplissimā tra-
etationem illam à nobis iam exaratam. Qua-
perlecta nemo ex in alium tam temerè dāna-
bit, quin prius seipsum speculando suum con-
demnet ingenium. Quinimo singulorum singu-
la boni & quīque consulendo, varia spiritus san-
cti dona admirabitur: ac tandem immorta-
les gratias Deo optimo maximo pro se atque
alijs perpetuò referet. Iam vero utrum ma-
iori cum utilitate vel laude domi quasi deli-
tescens & multa animi libertate fruens remā-
serim, quam tu zoile quisquis sis, qui tuo bello in
genio fretus foris vagatus es, vel tu ipse hoc
nostro opusculo inter enumerata primū euul-
gato (& tibi pro munusculo oblato) inuita-
tus, tu inquam saniori mente iudicato. Cete-
rum Xenophon is, cuius ore musas esse locutas
Cicero scripsit, prudentis esse viri dicebat etiā
ex inimicis vel liuidis detractoribus utilita-
tem capere. Veruntamen vix ullus nobis co-
tingere potuit inimicus aduersa fortuna gra-
uior, cui etsi pro virili obstiterim, nunquam ta-
men una fuit. Ex ea cepisse utilitatem Cō-
cero

cero testatur: cum enim Cæsar is unius domi-
nat uaria omnia tenerentur, nec esset usquam se-
natorijs aut forensibus literis locus, in his ma-
ximis malis illud se boni dicit asequutum: ut
ea de philosophia litteris mandaret, quæ cog-
nitione essent dignissima. Quamobrem & sic
ex inimica fortuna, veluti & ab inuidis de-
tractoribus, ut caperem utilitatem mihi ali-
qua ex parte imitandus Cicero fuit. Nam
cum intestinum bellum hoc lachrimabile in-
ter nostrates nimis certò sequiret, non in pu-
blico alicuius dignitatis vel authoritatis loco
iamdiu optato, vitæ generi nobis apto, quibus-
dam simul aliis præpeditus incommodis, egis.
sed in Tolosano diuine Catherinae collegio tan-
quam in priuatis ædibus mæstos penates com-
ponebam. De quo interim obstrepunt liudi.

Ingeminant tremulos naso crispante ca-
chinnos.

Sed ἀπέτη τῷ πόρῳ χειρὶ. Hoc autē
meo labore non falsam monetam, ut aiebas
inuide, cudi sed de monetis veras rationes
procudi: cuius suscipiendi laboris præceps ac

præcipua nobis fuit occasio dominus Christo-
phorus Richardus grauissimus senator ille
Tolosanus huic litis præteritæ emuleator et
primus acroama qui sua in nos, qua uti so-
let it: omnes studiosos familiariter humanitate,
interdum aliquando hanc de numero questio-
nem, postea hoc nostro tractatulo discussam,
animi gratia proposuit: ut periculum faceret
quid cum philosophis de ea sentirem. Qua per-
cepta ipse æquitate motus statim pro Emphy-
teutis contra dominum directu respondi. Quo
ille nondum contentus meæ opinionis ratione
eiusdemq; confirmationem scriptis mandare
non iussit, ut suo iure poterat, sed me comiter
adhortatus est. Ego vero illius nutui, sicuti
decebat, obsequens illiq; morem gerens huiusc
rei delineametum sue primam adumbratio-
nem, uti solertes linearis picturæ artifices so-
lent pro concessâ tunc facultate peregi. Quæ
cum clementi eius serenitati oblata admodum
grata fuisset, nobis illico animus fuit eandem
figuram viuis coloribus data ampliori facul-
tate perfectiore nostro penicillo reddere. Et
paulò

paulò post auditō generali placito curiæ Tο⁷
losanæ paradoxo ac exemplorum varieta-
te cum restibilitate controversiarum animad-
uersa, cuius iudicio nostræ sententie oppositum
decretum fuit, ad hoc ipsum exequendum (nō
tam contradicendi studio, quām exercitatio-
nis causa æquitate etiam præmente) acutior
stimulus è uestigio mihi datus est: ita ut iam
ab hinc triennio id ipsum accuratius exaratu-
typis publicis cūdendum emissem: sed cū nō
dum arbitrarer satis maturuisse, Horatij con-
filio vſus qui in arte poetica suadet ne præceps
feratur editio; quin potius nonum prematur
in annum. Idcirco huic aliud triennium pro-
otio dedi, quo diligentius idem repetitum tan-
quam lector perpenderem. Quoniam autem
illius temporis potiorem partem tum alijs uti
lioribus studijs, quum eī in quibusdam tam
publicis quām priuatis negotijs (quibus impli-
catus sāpe fui) ex officio per agendis consum-
peramus. Quamuis nec minimam, per eiusdē
temporis interualla, illis negotijs aliquando dī-
strictus, operam impenderim, nō tam in stylo,

vel

vel orationis lepore, quam inquisitioni exacte
instituti operis prope infiniti) ob subiecti am-
plitudinem & latam consequentiam ac legen-
dis auctoribus, qui pœnè sunt innumerabiles,
eadem de causa nihilominus aliud triennium
ad nonum horatianum illum etiam tum con-
ficiendum annum in hisce exactius colliman-
dis absumere statueram. Verum eniuero cū
pulchrum sit aliquid in dicendo posse, quo ab
hominibus laude dignis approbemur, pulchrius
ea quæ mente conceperimus, orationeq; expres-
serimus scripto mediocriter explicare, pulcher-
rium orationi atque scripto studium & la-
borem adiungere, ne aliquid deesse videatur,
quominus & bonis viris ac multis ut peri-
toribus potissimum admirationis simus : ea-
propter iam tum diuino numine fauente illa
multarum rerum cura, quam græci πολυτελεῖ
νοστιλιοῦ vocant, è nostris humeris excussa tan-
tam sedulitatem in hisce quamprimum per-
ficiendis adhibuimus, ut iam vela vētis per-
mittamus & oram soluetibus benè precantes,
hanc qualēm cūq; studiorum nostrorum oppel-
lam

Iam pro nostri ingenij primitijs in apertū exire iam iámq; velimus. Quo primum euulgato eiusdem ingeniali ubiores fructus tandem aliquando palam fiant: néue id ipsum quod præferendum maturo duximus iudicio, ut tē pestati nostræ maximè accommodatum propter præsentem ac quotidianum monetarum abusum, alia interim forte magis grata remo retur. Porro nec interea prætereundum quod cum ego id à tot, tantæq; auctoritatis magistratibus, quos vereri ac suspicere iure debeo, ita dijudicatum me scire fatear, merito quis mirari posset quomodo ipse inter tantos iuris peritos vix quintæ classis discipulus de tanta, tamq; ardua questione contra iurisconsultorū turbam non aspernandam denuo iudicare audeam, vel etiam contra nostrorum magistrorum deos insuper aliquid effari possim. Audax profecto institutum, dicet ille: verum hoc à te contendo quicūq; hæc nostra es lecturus, ut seposito personarum respectu veritas ipsa rationum legum momentis stabilita & grauisimorum iurisconsultorū sententia, ac maxime

Ee agre-

egregiorum doctorum autoritate, tum regis
ordinationibus atq; alijs senatus decretis confir-
mata expendatur & astimetur: ac nihilomi-
nis & si in qualibet scientia liberum cuiq; sit,
sentire quod vult (excepta unica sapientia,
quā Theologiam dicimus, cuius veritas ut
unica & simplex hoc non patitur) quare &
in iurisprudentia idem nobis etiam liberum
videatur, nos tamen neminem reprehendere
aut vellicare, nulliū suam laudē eripere vel-
lemus, ut suorum quisque laborum fructū, ac
debitum honoris præmium secum ferat. Quid
enim attinet ex aliorum reprehensione famā
sibi comparare? At detractor sycophanta rur-
sus dicet, qui tu minutulus viros maximos
tuis minutis reprehendere posses? pleraq; sunt
fateor minuta supra modum, & scrupulosa:
nonnulla ambitiosa, & forsitan risu dignissi-
ma illi quidem detractori apparebunt, sed
quae non irrideant candidi lectores, si quo ani-
mo hæc fecimus tum ex hac epistola apologeti-
ca, cum ex proæmio notauerint, quos candi-
dos inquam lectores, nobisq; benevolos etiam
exora-

exoratos velim, ut in hac nostra exercitatio
ne si qualiscunq; afferatur verborū splendor
non aspernentur, si desit non magnopere deside
rent aut requirant. Quandoquidē eruditē ma
gis, quā disertē vel ornatē quod commentus
erā, scribere conatus sum. Non quod dicendi
illa facultas, aut verborum elegās structura
à nobis contemnatur, iniqua qui plurimum pos
sint, tantum abest ut à me eo nomine vitu
perentur, quin singulari eos & benevolentia &
laudibus prosequamur: id nos autem cum p̄r
stare non possumus utilitate & sententiarum
pondere scribendi sterilitatem, quantum licuit,
pensauimus. Hac ergo iam prima thesis esto:
In quam cum primum quis oppositis argumen
tis egerit actūtum & nos pro virili, Deo cum
veritate propitio, satisfaciemus. Et post hac
alteram, sicq; sigillatim alias, summo pneuma
te suggestente, cōtinuo proponemus. Interim va
lete, & cuncta boni & q̄ndique obsecro consulite.
Tolosae è collegio diuæ Catherine, anno salutis
quingētesimo septuagesimo septimo supra mil
lesimū, & v. id. Nouē, peracta editio prima.

AD ERVDITIS

SIMVM VIRVM D. B. S.
BRESSOLLVM SVVM QVONDAM

studiorum socium, ad eiusue laudem Ludouici

Vielbani Lemouicensis patroni

epigramma.

*Clio gesta canit Themidis quod condere leges
 Sciuenter, in varias spargēs hæc munera gētes,
 Sed sat erit diuæ Nemesis coluisse cateruam:
 Auctor adest legū qui rara volumina cōdēs,
 Detegit inclusos spissa caligine nodos:
 Ipse adeo est, quem iam miratur regia proles:
 Ut regat indociles virtus quoq; clara iubebit
 Per medios volitare choros, p Palladis arces
 Hæc patriam fratresq; suos ad sydera tollet:
 Hæc Decios superat Baldum, Pauliq; labore,
 Occupat ipsa prior lauros Phæbīq; coronam,
 Currere per placidū vulgo nec Bartol^o audet;
 Nec pugnare potest iuris nunc mœnia seruās,
 Ni semel imbuerit mites virtutis amores:*

S T V D I O S I S S I M O B O N A
 R V M S C I E N T I A R V M P E R I T I S-
 S I M O , P R V D E N T I S S I M O Q V E V I R O ,
 tum vt nostro priori diligentissimo, de nostra
 parua republica optimè merito D.
 B.S. Brefollo. s.

*Egregie monstras noctes traxisse Mineruae,
 Et studio Themidis teq; dicasse Deæ.
 Auriuagæ volucres vicit Iouis ales in æthra,
 Sic memori reliquos ingenio superas.
 Tot tibi nostra domo meritis est undiq; victa,
 His ut par reddi gratia nulla queat.
 Perge igitur docte libros componere, perge,
 Ut valeas vera viuere voce virum.*

M. Pinotus Lemonix collegij diuq; Catherine collegiat?

E I V S D E M I P S I V S A V C T O R I S
 ENCOMIVM AB ALIO COLLEGIA
 to iammo doct oratus diademate
 insignito decantatum.

*Musæ sicolides fatentur amplam
 Tanti corporis eruditionem,
 Nec vestigia Palladis sequuntur
 Sacrate amplius, aut choros Deorum,
 Sed hunc cœlicolum vocant parentem*

19

Nymphæ, laurea ceditur vicißim,
Ut mox ambiat hoc caput corona,
Et musas superet tuas Apollo:
Sic hoc consilium quiescat illo
Regnante, & soboles superba phæbi
Inter tot homines boni peritos
Illum Iustitiae eligat ministrum,
Nec Clio tua sopiatur Orpheu,
Dum cernit nitidos viri labores
Exire in medios Iouis parentes.

L.V. Lemouicensis I.C.

I D E M A D L E C T O R E M.

Qui cupis intactos legum dissoluere nodos
Et tibi difficiles nunc aperire sinus,
Hac gradiare via, qua nos Bressolius heros
Præcessit, sacro dogmate cuncta gerens.
Protulit in lucem grauiora enigmata legum,
Vlli que nunquam nota fuere viro.
Perlege quod patuit magna cù laude senatus,
Perlege perdoctis que placuere viris.

A B I N S T I T V
T O D E N V M O E T C O M
M E R C I O A D M V N I F I C V M S O
P H I A E A L V M N V M A L L V S I O N C V M
 literarij studij commodorum aciu_z
 commodorum enumera-
 ratione,
 (?) .

Non olim merces numo vñire solebant,
 Sed rebus: sic ars nunc alia arte datur.
 Munera dat lat^o vir larg^o & omnib^o æqu^o,
 Ut sapiens cunctos sponte docerè solet.
 Mutuo sic ergo nos omnes edoceamus:
 Maior enim dando redditur ipse habitus.
 Expertus lerido signaui hinc carmine ludum
 Ut studij noxā, commoda visa canam.
 Nō bene Socraticis chartis Cereriq_z vacabis,
 Et Baccho nimio, quo Venus ipsa calet:
 Nec

neplaciti, ut Theologi loquuntur) tantum pro
duxerit. Id autem praestandi facultas cum pro-
toparentum delicto admodum imminuta ini-
tio fuerit, ita ut ex in vix omnes etiam una
id ipsum aequè utq[ue] par est, effectum dare
queant, tantominus & unus vel ipse solus:
& quoniam ipsa cogitatio atque ratiocinatio
mutua eget communicatione: nō immerito Ari-
stoteles hominem inter cuncta animalia socie-
tatis amantissimum & cætui aptissimum es-
se demonstrauit. His verbis, 2. hominem ad

²
Libri 1. po-
litic. cap. 2.
& cap. 4. lib.
3. tanquam
conclusum
idē repētes.
cætus & cōgregationes aptum esse magis quam
apes sint, quamq[ue] bestiæ omnes congregabiles,
hinc perspici licet quod natura nihil (ut in ore
multorum est sententia) temere vel frustra, i.
sine causa facit. Sed solus est homo ex omni-
bus animantibus particeps composq[ue] sermonis.
Ac vox quidem quoniam voluptatis & do-
loris index est, reliquis animantibus data est:
quippe eo usq[ue] natura eorum progressa est, ut
& voluptatis dolorisq[ue] sensum habeant, & ea
inter se indicent. Oratio autem solis, ut dictū
est, hominibus tributa est ad explicandum

quid

quid utile sit, quid inutile: quid iustum, quid iniustum. Hoc enim homo cæteris animantibus præstat, quod quid bonum sit, quid malum, quid cum iustitia coniunctum, quid ab ea remotum sit, cæteraq; id genus sentiat: quarum quidem rerum communione ac societate familiæ, ciuitatesq; fiunt & continentur. Ac proinde si quis est (inquit idem paulo post) qui congressus huiusmodi hominūq; societas ferre non possit, aut nullo egeat, quod se ipse contentus sit, is profecto in parte ciuitatis aut familiæ non est habendus. Quamobrem vel bellua vel Deus putandus est. Nobis enim sic institutus est à natura huius societatis vel communionis amor & appetitus: ut etsi nihil mutuo egerent auxilio homines, tamen coniunctionis virtutis cupiditate ducerentur: (Quamvis & communis etiam omnium utilitas coniungit homines ac consociat, quantum ad quemque bene beateq; viuendi ratio pertinet) Quorum idcirco societatem qui primus instituit, is optimè de genere hominum meritus est. Quapropter & hanc ipsam excolendam genius ille natu-

Aristoteli
cap. 2. lib.
primi politi-

ralis ex in nobis indicauit: tumq; natura ipsa
sagax & prouida excolendi modum nos in
dies docet, latamq; occasionem præbet, nem-
pe rerum ipsarum quæ in terris progignun-
tur copia, ipsiusque præsertim distributione.
Quandoquidem hic triticum alumna tellus
producit, istic est vini ferax, illic copio-
sius oritur fænum sponte q; nascuntur herbae ad
alenda pecora & pecudes, ut quoru; carnibus
vescantur homines, vel alii in negotiis illis
utatur: in una prouincia oleu;, in alia glastru;
crescit, ac ferè sponte pullulat, in oriëte nascun-
tur aromata, alibi serica, & sic reliqua om-
nia, quæ cūtis & singulis mortalibus ad vi-
etum, cultumq; necessaria sunt. At vero ut
singulæ orbis terrarū partes cuncta illa simul
producere minime possunt, ita singuli homines
illa exiguo negotio consequi proculdubio ne-
queunt. Hæc ergo ut mutua singulorum ope-
ra mature assequantur, quid citius quæso ad
humani generis societatem impellit unum-
quemq; ac prouocat, quam inopia illarumq;
rerum indigentia? hæc enim sola primis illis
temporibus

temporibus mortales coegerit rerum ipsarum rebus
ipsis, & alijs vicissim permutationes facere:
Vnde nati contractus & orti. Quare & hisce
sublatis consistere hominum inter ipsos socie-
tate nullo modo posse Aristoteles iure afferit.

Cap. 5. libri
5. ethic. ad
Nicomac.

Nec item contractui loci aliquid relinquetur
& equitate sublata (ut enim homo si omnibus
suis partibus & numeris perfectus absolutusque
sit, multo ceteris animalibus antecellit; sic si
a lege iustitia & equitate remotus sit, nulla
ferarum fraus est tanta, nulla malitia, quae
possit cum eius malitia contendere.) Nec insit
per equitati locus esset, seruariue ipsa vix, aut
nullomodo posset sine apta quadam rerum in-
ter se mensura & compositione: tum propter
rerum per varias regiones & provincias af-
portandarum difficultatem, quum & ob ea-
rundem pretij vel valoris inaequalitatē. Vnu
ergo aliquid necesse fuit adhiberi: idque non na-
tura omnino, quin potius instituto, propter homi-
num arbitrio effectum atque inuentum fuisse co-
stat, quo res omnes, quarum est contractus, qua-
dam inter se similitudine responderent: quem
aliquoni

Arist. lib. I.
cap. 2. polit.
& cap. 1. lib.
5. eorumde-

Arist. cap. 2.
lib. 5. ethic.
ad Nicoma

ad usum numerus post indigentiam compara-
 arist. ibidē. tus est. Qui quoniam omnia metitur, idcirco
 medium ac mensura quodammodo efficitur.
 Quocirca præstantiam etiam ac imminutio-
 nem metitur, ut quot tandem calcei, domus
 vel alimenti pretium possint adæquare intel-
 ligatur: sic proinde una re aliqua ponderan-
 da erant & aestimanda omnia. Idque re ve-
 ra ac primo indigentia fuit, qua omnia cōt inē-
 tur, ut ait Aristoteles. lib. s. Ethic. ad Nicoma-
 chum. Etenim si nullo eguisserent homines, ni-
 hilq; requisiuerent, profecto aut non similiter,
 aut nullum, aut certè non idem inter eos pa-
 Etum cōuentumq; intercessisset, quare nec vlla
 fere societas extitisset. Cum vero indigentia
 illa (quam εὐδαιμονία, Aristoteles vocat) & si
 prima causa ad contractus peragendos impel-
 lens dici possit, non satis fuerit, néue per se ad-
 buc idonea sit, ut qua illi fiant, hominēsue in-
 uicem paciscantur (quandoquidem nec semper
 indigentia est, ideoq; oporteat aliud medium
 intercedere, quod indigentiae vicem subeat) id
 circo introductus numerus est ex instituto, quasi
 arist. ibidē. inopie

inopiae ac indigetiae praesidio futurus. Ob eamque causam nomen duxit, quod non a natura sed a ratione id est lege numus sit ortus, et ambo ab hominum instituto. Is igitur tanquam norma et regula res apte cum dimensus est, inter se tum adaequat eas, ad parilitatemque traducit. Itaque numus vocatur, quod vim legis habeat, qua omnia apte componit. Si quidem numo omnia ponderantur, hinc rursus et alibi Aristoteles ait, atque huc quidem numus comparatus est, quasi rerum omnium mensura communis, ut ad eam referantur, ex eoque ponderentur omnia. Unde et idem libri primi capite sexto de republica breuius concludit his verbis: initium dat numus et finem contrahendis rebus. Vis ergo numi, energia, et proprietas huiusmodi est: cuius ratione mota interdu fuit controversia inter dominum aliquem directum et suos emphyteutas sub huiusmodi specie facti data.

CASVS SIVE CONTRO- VERSIA.

DO MINVS directus fundos, prata, vineas, & alias id genus possessiones siue prædia, vel etiam peculium quodvis aliud suis emphyteutis ad annuam pensitationem seu censum præbens ante centum annos vel plus hanc talem cum ipsis peregit emphyteusim: ut singulis annis præter alia, ut triticum, vina, legumina, & cætera in specie & certa mensura pededa, quadraginta scuta i. auri boni poderis, cuni & legis regis Fracæ (haec sunt propria verba cōtractus) solueret, quod nouo siue renouato postea pacto cōfirmatū, ratumq; fuit, vel etiā trāfactione inter eos corroboratū extitit: ita esto. Sed tandem illius cōtrouersiæ, quæ fuit inter ipsos, causa hinc emanauit, quod huiuscē aurei numi species tunc temporis erat pretij triginta assium vel solidorum: in quo pretio, siue illius valoris seruata ratione, inq; eadem stimatio-

I
Minus lati-
no vt verna-
culo respon-
dēt hoc no-
mine quidā
in masculi-
no, alii autē
īneutro ge-
nere vtūtūr,
quos sine
scrupulo in
eo ac simili-
bus & qui-
busdā alii
huic discep-
tationi ap-
tis, quāuis ī
elegātibus,
promiscuē v-
tendo, inse-
quimur.
Quandoqui-
dem ornari
res ipsa ne-
gat conten-
ta doceri.

ne

Emphiteuticarū tractatus.

ne numus ille quandiu remansit emphyteutæ
tot forsan aurea scuta (in dicto contractu sic
nominata) huiusmodi, aut illorum pretiū aliā
monetā singulis annis pependere. Sed paulatim
posthac aucto eiusdem numi pretio, vel aesti-
matione nō tot scuta, tōtue tales aureos numos,
sed valorem & summam proportionale vi-
delicet priori illi aestimationi triginta solidorū
correspondentem sive equivalentē emphyteu-
ta suo domino directo & successoribus eius
auri vel argenti, vel alia quavis moneta si-
ne discrimine hactenus persoluerūt (quod pro
emphyteutis maximè notandum interim est)
& sic ex aequo illi pro solito censu satisfecere,
non aliter. Præsentis vero temporis dominus
illius numi valorem iam dimidio pretij vel
plus hac tempestate auctum eminus cernens,
non contentus illa triginta assium vel solidorū
proportione, sed verba illius emphyteuseos
altius repetēs, numum in forma specifica, illius
temporis valorem vel proportionem renuens,
iure requirere videtur: nullum respectum al-
terius rei habere volens, sed certi pretij ratione

C sublat⁹

50 De solutione Canonis
sublata, aureum eundem numum repetit, cu-
iuscunque valoris fuerit, sit vel erit: alioquin
possessiones sibi denuo relinqui querit, hac ra-
tiocinatione utendo, & primum argumento à
genere & simili ita sumpto.

DOMINI DIRECTI PRI- MA RATIO.

Tributum est quicquid in auro, argento,
vel ære tribuitur principi ordinariè & uni-
formiter propter obedientiam praesertim, siue
ratione personæ siue rei annuatim. (Hinc etiā
simili sub ratione censualis cōtractus fieri tum
dicitur, cum quis ius, quod in re habet siue di-
rectum siue utile dominium alienat prorsus
in alium pro certa pecunia ad annum cēsum
constituta, puta pro centum aut quadraginta,
vt in nostri facti specie continetur, & prete-
rea constituto annuo censu) tributum, inquā,
principi tribuitur, sic & domino directo an-
nua pensatio vel census (quandoquidem tri-
butum annona vel publica functio seu pen-
satio dicitur etiam census, hæcq; omnia pro
uno ferè & codē sepe sumuntur:) Et uniformiter

7
vt notat Ac-
curs. in glo-
la ff. n. de
publ. & ve-
t. g. l. i. §. z.
vers. siue fis-
co vectigal
pendant
&c. quod &
multis legi-
bus Codicis
ibidem asse-
gerat.

miter: ergo in forma specifica, hoc est idem ipse
numus, tāquā certa pecunia & in cēsuali cōtra-
ctu determinata, atque numero quadraginta
definita cum cōstituto alio censu ut tritici, vel
aliarum etiam rerum in cōtractu illo emphy-
teuseos expressarū, idem inquam ipse numus
sibi iure pēdi debet. Sicut indubitata iuris re-
gula cōstat, qua omnis conditio debet adim-
pleri in forma specifica. Ut etiam Bartolus
notat in d. lege Mænius. Numus igitur ille in
sua forma specifica absq; ullo mutationis re-
spectu persoluendus. Si quidē & secundū Ari-
stotelem numus primum certa magnitudine
ac pondere terminatus fuit omnino: deinde e-
tiam forma impressa, ut a mēsura liberare-
tur: forma enim magnitudinis & pōderis no-
ta fuit. Quare nec cuiusvis alterius ratio inspi-
cienda videtur: ut quia in forma specifica non
persoluatur.

Nec miranda ob id illius pretij mutatio,
nēue inconueniens vel absurdā videri cui-
quam debet. Nam si in nobis, ut idem Ari-
stoteles ait, id sit, ut mutetur numus, redda-

In I qui hæ-
redi & l. Mæ-
nius s. de cō-
dit. & de-
monst.

A. Aristoteles
I. lib. 1. cōtra-
mēs. 1. mēs.
perab. It
f. 1. mēs
dīcēs. 1. mēs
s. 1. mēs
cōmēs. 1. mēs
Cap. 5. lib. 1.
ethic. ad Ni-
comach.

turq; inutilis quo magis & principi mutare & non solum augere, sed suo etiam pretio ipsum imminuere vel etiam in nihilum reducere licet? Quod & ratio ex eiusdem Aristotelis sententia^{1.} de prompta facile suadet. Ut pote cum numerus subeat vicem indigentiae: quem admodum indigentia non semper est, quin saepe variatur, similiter erit de numero: quia variatur & non semper est, nec semper valet idem, ut experientia patet.

SECUNDA RATIO PRO DOMINO DIRECTO.

Vnde & iam hæc pro secunda ratione sumatur hypothesis & hoc casu concedatur talis numerum breui immutatum à principe fore, vel ipso usu in nihilum penè redactum, seu & iam nullius valoris & pretij esse: nonne, inquit ille dominus directus, me eo in forma specifica persoluto contetur esse oportebit, ut iuri emphyteuseos satisfactum putans? idcirco qui oppositi damnū vel detrimētum est perpeccurus, cur non & ipsius contrarij fructū vel præsens cōmodū & cōsolumētū percipiet?^{2.}

Do-

^{1.}
De qua latius Aristotelis interpretes in capitulo illud s. lib. 5. ethic. ad Nicomachum.

^{2.}
Argumento legis secundum naturā ff. de reg. iur. & l. si quis negotia ff. de negot. gest. l. f. s. sed cū in fine C. dc furt. &c.

Emphiteuticarij tractatus:
DOMINI DIRECTI TERRITIA RATIO:

Tertio dominus directus hac etiam similitudine nititur. Quemadmodum depositarius rem sibi depositam, vel pecuniam immutare non potest, nec aliam, præter quā accepit reddere (ut senatus decreto Tolosano¹ nuper stabilitum est & multis legibus comprobatum) ita qui quis debitor pro re creditoris debita aliam persoluere nequit. Quare nec emphyteuta. Illam autem propositionem confirmat auctoritate D. Angeli Aretini² inquit, depositarius tenetur actione depositi ad restituendum eandem rem, quā ex deposito accepit: ac quia penes depositarium non fuit dominium neq^z possessio trāslata, ut etiam constat ex lege officium in fine ff. de rei vendic. & l. licet §. 1. ff. depositi. Vnde & cæteri iureconsulti tenendū præcipiunt eum qui pecuniam exegit, ut depositum restitueret, cogi eandem pecuniam restituere. Sic etenim labeo scribit l. vlt. ff. depositi potes agere depositi cum eo qui tibi non aliter, quam munis à te acceptis depositum reddere.

Pro lato sa-
luti anno
1575.

In opere su-
per 3. instit.

noluerit: quamuis sine mora & incorruptum reddiderit. Si quidem illis uti non licuerit, depositario, nisi forsitan ei qui re apud se deposita usus est aliter, quam accepit existimat se non in iusto domino id facere, tum enim nec furti, nec depositi ullomodo tenebitur. Vel etiam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clausam neque obsignatam traderet, sed anumeraret: nihil aliud eum debere apud quem deposita esset, nisi ut tantundem pecuniae solueret definitum est l. 34. in naue ff. locat.

~~e~~ Cod. e contra vero si nullo deponetis consensus depositarius pecunia, quae forte obsignata deposita erat, ut species in usus suos conuerterit, furti eius in iudicio conueniri posset.¹ Quodquidem siue creditor, inquit imperator ibide, siue is apud quem res deposita est, ea re utatur, siue is qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cuius gratia ei data est furtum committit. Ex quibus omnibus tanquam à simili colligere licet quod superiori consequenti illatum est, nempe emphyteutam census persolvendi numeros in contractu expressos

S. furtum autem sit in in stit. de obli. quæ ex de-
bet. nasc.

pressos immutare non posse in præstanda ca-
nonis emphytentici solutione.

DOMINI DIRECTI QVARTA RATIO.

Quarto dominus directus a rei alicuius spe-
cie præscripta tam ex vi contractus locati &
conducti, quām emphyteuseos pendenda ad
pecuniam & hoc aliud argumentum infert:
videlicet conductor aliquis, exempli gratia,
vel emphyteuta singulis annis pendere tenetur
bouem, aut oūē, vel suem, aliudue pecus us-
que ad valorem sive pretium decem libraruī,
quod quidē aliquot annis ita persoluit: An-
nis autem sequentibus cum illarum rerum, ut
pote pecorum pretium multū excreuerit sum-
mam illam tanquam eius pretium iam præ-
scriptum persoluere maiult, nempe decem li-
bras quām suem, aut quid simile, quamuis in
contractu expressum: hoc medio præsertim
fretus, quod eiusmodi pecus iam certo pretio in
contractu estimatum fuerit: quo circa & illi
liberum videri vel pecus vel decem libra-
rum summam persoluere: & pecus quidem

cum illi commodius videbitur (ut cum eiusdem magnitudinis esse poterit, cuius pro tali pretio erat tempore contractus, ut si carius ematur, tam exiguum ut pretium non excedat) ex præscriptam summam cum illi utilius. (Ut quando tanti vñebit, inq; tanto pretio erit, quo nec minimum summā huiusmodi comparari possit) quam saltem summam nec immutare vellet nec quidem iure posset: sic emphyteuta præscriptos numeros variare, in alios uè conuertere haudquam debet.

DOMINI DIRECTI QVINTA RATIO.

Quinto, si auri vel argenti massa etiam informis certi cuiusdam ponderis per emphyteuteos contractum definiti atq; determinati ut unciae, vel cuiusvis alterius ponderis ab emphyteutis suo domino præsoluenda præscribetur, & posthac propter numerorum aureorum vel argenteorum incrementum, siue eorumdem pretij augmentum massa illa etiam augeretur, eiusdemque pretium ita excresceret, ut tandem fundi valorem forte excederet, sicut

de

de nummo dicitur: quid iuris? anne sic diminuit
gradatim deberet, ut de nummo aureo fieri
volunt emphyteutæ? ut qui videlicet cum tæ
lis præscripti ponderis esset, & tempore con
tractus pretij triginta solidorum fuisset: tem
pore autem litis contestata sexaginta solidos
valeat ita ut semi aureus nummus dictum pre
tium adæquans in solutione illius censu locum
eius subire iure videatur. Vtrum inquam idem
de massa illa aurea fieri debet, ut non integra
sed tantum dimidia modo persoluatur? atqui
si hoc concederetur, iam ex eo grauius absur
dum sequeretur ac maius incommodum do
mino tandem accideret. Quippe cum si nummus
denuo excresceret eiusdem pretiū augeretur:
& massa rursus diminueretur, ut non dimi
dia, sed forsitan quarta pars solū persoluenda fo
ret: & ita deinceps siue ex ordine descendendo
decima, vigesima, & postremo omnium mi
nima soluenda superesset, ita ut ferè in nihil
lum tandem reduci posset: sicq; tum dominus
directus suo censu omnino priuaretur quod
iniquum certe esset.

18
De solutione canonis
**SEXTA RATIO DOMINI
DIRECTI.**

Sexto id ipsum & alio à simili medio etiā apertius demonstrabitur, neminem latet pro censu seu pensitatione illa annua quibusdam directis dominis solui, àque suis subditis vas-
fallis (ut vocant) sive villanis alias villeia-
nis vel emphyteutis (propter obedientiam sci-
licet aut, ut dicunt Omagium obsequiū me-
pendi poculum aureum, craterem, torque vel
anulum huius aut illius formae & ponderis,
sive calcaria argentea aliaq[ue] multa & varia,
ut numisma aliquod vel quod Galli medalle
vocitant, talis figuræ & ponderis, quam figu-
ram aut rem immutare nullo modo liceat.

Cur & nunc ipsi emphytentæ in quæstio-
ne propositi, immutabunt suo domino persoluē-
dum numum illum aureum, atq[ue] in aliud
numisma conuertent, vel potius in monetam
scilicet in summam triginta assium vel soli-
dorum, quamvis istius pretij tempore contra-
Etus fuerit aureus ille numus? nullo sane iure
videtur.

Do-

D. DIRECTI VII. RATIO.

Septimo quemadmodum creditorem non esse cogendum in aliam formam numos accipere lex paulus ff. de solutionibus & liberat. statuit, si ex ea re damnum aliquod passurus sit creditor, sic dominus directus tamquam creditor suum censum ab emphyteutis, ut debitoribus in aliam numerorum formam, quam quae in emphyteusi exprimitur, & declaratur recipere iure cogendus minime videtur. Quoniam ex eo damnum pateretur, tum propter numi incrementum, quum & alias ob eiusdem fortuitum decrementum, ut ex supra dictis facile colligere licet.

PRO DOMINO DIREC-
TO VIII. RATIO.

Octavo ipsi emphyteut & non ita aegre ferre debent si annua illa pensatio iam augeatur, cum fundi velorum fruges non solum copia, sed & pretio multo maiori nunc, & apud omnes pluris sint, atq; in dies fere excrescant: quo & alios emphytent as dominus quisque directus facile reperiet, si ipsi priores emphyteuti &

D 2 propter

propter census incrementum possessiones deferere velint: tum vel ipse met dominus directus sui dominij agros coli proprijs stipendijs forsitan curabit.

PRO EODEM IX. RATIO.

No non numerus ille aureus in contractu expressus tam facile etiam impræsentiarum reperitur, ut in frequentiori sit usu, quam olim, illiusue contractus tempore. Idcirco nec emphyteutam eo excusari posse: quod eis si immutatus, videlicet suo pretio auctus etiam fuerit, id quidem iam feré ubique, apud omnes, inq, omnibus negotijs, contractibus atq, commercijs iam locum habere in comperto est: quo circa in emphyteusi iure obseruari etiam debet.

D. DIRECTI X. RATIO.

Decimo iam omnibus pro comperto habetur, quod in omnibus obligationibus id maxime expectare debemus, quod inter utramq, partem conuenit. Si quid enim nominatum mutui ff. si conuenit in singulis contractibus, hoc seruabit cert. petat. I. cum quid ff. tur quod initio conuenit. I. Legem enim contra eodem. Etus

Et uero dedit: at de numero illo aureo sic in forma
specifica persoluendo inter utramq; partem
initio contractus emphyteuseos conuenit: ergo
persoluendus idem ipse numerus, vel valor eius
impositius nullius mutationis habita ratio-
ne, sed tantum pretij, cuius tempore solutionis
fuerit.

PRO DOMINO DIREC- TO XI. RATIO.

Vndecimo ex iure scripto in francia nunc
temporis obseruato (quod Ioannes Imbertus
in enchiridion redegit) tanquam ratum tene-
tur, quoties monetæ species in cōtractu expres-
ſe declarātur, iam & ūsu receptum esse qua-
litatis materialis rationem haberī: sive tam
intrinsecæ bonitatis, quæ est materia ipsa, quā
extrinsecæ, quæ quidem est illius pretium inter
contrahentes respectū teneri, vel ipsos utrūq;
respicere. ¹ Cui suffragatur arestum decimum
octauum a Popono relatum titulo des retrah.
ligna. & arestum secūdum ² titulo. De pa-
yement. Item arestum parisiense in quadam
causa, qua petebantur antiqua aurea numis-

¹ Ut notatur
in d. l. cum
quid ff. &
cer. pet.

² In suprēmo
senatu pro-
latum circa
sesquimille
simū vicesi-
mum quin-
tum annum.

mata pecudis villoſæ gallice. Moutons a la
grand laine, quæ non erant amplius in usu,
nec ad aestimationem extrinsecam olim cur-
rentem sed intrinsecam auri puritatem nulli
numismati secundam, ut fertur, respectu fuit.
Ex quibus hæc sententia non solum probata,
sed etiam præiudicata videtur. Nam ergo ex
his omnibus, alijsq; similibus plane constat non
numi pretiū, sed numū ipsum persolui debere.

RATIO XII. ET VLT. A D.

DIRECTO PROFINE SVAE DEFENSIONIS ILLATA.

Postremo autem omnium et si vel leges
vel canones vel glossæ vel doctores vel alia
senatusdecreta et sententiæ atq; ordinatio[n]es
regiæ, aut queuis alia iura ratione[s]ue pro em-
phyteutis contra se reperiantur, dominus tamē
ipse ad nouissimum senatusdecretum, siue are-
stum generale illud in sui fauore Tolosæ pro-
nuntiatum ^{1.} tanquam ad Asylum tutissimū,
siue suum Asyli ius ultimum tandem confu-
giet. hac etenim eadem ipsa causa inter Ioan-
nem et R eymundum Guiraldz prouocantes
ex præfecto prouinciae Bituniensis una ex par-
te, &

Anno dñi
1571. & die
21. mensis
Decemb.

te, & dominum Hectorem de Cardaliac baronem de Peire prouocatum ex altera coram suis tam ordinariis quam & subalternis iudicibus, aq[ue] illius prouinciae praeside causa inquam sue controversia discussa & pro domino directo vel eius fauori adiudicata, ac tandem ad supremam Tolosae curiam relata. Summa tandem parlameti sententia sue generali arresto postremo eosdem ipsos numeros, eius ligae & materiae cuni Franciae, & boni talisq[ue] ponderis, cuiusmodi expressum in contractu fuerat, dicto de Cardaliac ut domino directo ab illis de Guiraldz ut suis emphyteutis in specie persoluendos esse, vel aliam monetam illi pretio, cuius tempore solutionis aurei solares erat, equipollenti pededos decretum est. Quo habito ac ex iniurialate ab utraque parte obseruato, controversiae litigium finis impositus est: quocirca nec disceptationi amplius locus erit, sed in eo quicquid dicat Bartolus aut alij, quiescendum.

RESPONSO PRO EMPHYTEUTIS.

Veruntamen & nos pro emphyteutis singulis argumentis a domino directo haec tenus adlati

ad lati^s gradatim satisfacturi hac generali
communiue ratione in primis respondeamus. Ve-
rum omne imperium, regnum & quumq^z domi-
nium illius societatis humanæ (ad quā homo-
natus, effectus atque formatus, ut initio latius
demonstratum, à Deo optimo maximo sum-
moq^z opifice dicitur) conseruandæ ac viriliter
tuendæ, inq^z bono statu suo siue ordine, subq^z op-
timæ conditione prima retinendæ gratia in-
uentum, vel summi Iouis munere datum, ac e-
superis (idq^z per similitudinem ab ipsis ducta)
originem traxisse nemini dubium est. Atqui
talis dominus iste directus huiusmodi societa-
tem non conseruare, sed destruere, nō tueri, sed
impugnare, non in primo ut bono statu suo re-
tinere: quinimo à se procul reijcere omnino vi-
detur, cum numi incremento gaudet, quo e-
census sibi ab ijs, qui suæ societatis vel dominij
sunt, persoluēdus in dies augeatur, atque in in-
finitum excrescat: ut tādem & subditi (quos
vassallos appellamus) possessiones illi tanquā
domino directo deserere cogantur: Sicq^z ab eo
dem discedere, ac proinde initam cum eo so-
cietatem.

cietatem infringere. Verum forsan & ipse id quidem fatebitur: sed ut duodecim argumentis fulctus non abs re nec iniuria id ipsum a se fieri allegabit dominus iste directus.

Horum autem argumentorum primum a definitione tributi, & praesertim ex hoc uno illius verbo sic usurpabat suoue modo inferebat, Census tribuitur siue persoluedus est uniformiter: ergo in forma specifica: quapropter & idem ipse numus, quod rursus confirmabat l. Mænius ff. de cond. & demonst. qua omnis conditio debet adimpleri in forma specifica. Numus igitur ille in forma specifica, ut dictum non minus persoluedus, quam si torquem aureum, vel calcaria argentea aut id genus alia emphyteuta se persoluturos obligauissent.

PRIMI ARGUMENTI SOLVTO.

At vero & iam primo huic argumento ita occurritur verba secundum totius sententiæ sensum interpretando, videlicet uniformiter, id est unius pretij: sin autem dominus hoc ad formam externamue figuram non ad pretium

E ref-

referat, adeò numi illius formam vel figuram appetens, ut eam non pretium intelligi velit. Aureum numisma aliquod iusta primū illud pretium, nempe triginta assium vel solidorum illi facile opera fiet, & pendetur. In quo expressa & affixa erit figura eadē illa in emphyteusi declarata, ac nostrae huius tempestatis erit aureus semi numerus ille solaris sive solatus, ut alij vocant, quem deimi escu sol. gallicè vocitamus. Qui cū illi primo pretio equipolleat, idem illi domino videri debet, saltem secundum rei essentiam. Tum vero cum obiurgatione Catone sibi merito dicetem audiet. Dilige denarium, sed parcè dilige formam: Quā nemo sanctus nec honestus captat habere.

At non tam formam, inquiet ille, quam rei pondus ac mensuram per verba contractus expressam, proindeq; valorem atq; p̄t̄m consequens exposco: sicq; non semi talis numerus persolui mihi debet, sed integer ille qui prius contractus verbis (nempe cuni Franciae, ligæ, boniq; ponderis) appertè designatus fuit. Atqui designatio huiusmodi, dicit emphyteutarum

patro-

patronus, magis populariter, quam exacte, vel
distincte, & secundum contractus essentiam,
contrahentiumq; mente facta est: ut per quam
forma tantu^m contractus exterior prima fron-
te notari videatur, cum tamen interior potius
secundum rei essentiam, & contrahentium
mentem, ut dictum est, significetur: ut acutè
rem intuenti facile perspicere licet. Forma au-
tem interior est valor sue pretiū illudq; pri-
mum, quod qualis mensura tunc fuit, talis est
remanere perpetuo debet, in eodem scilicet con-
tractu: quod si immutaretur, & contractus cu-
ius est mensura necessario peruerteretur, vel
tandem infringeretur, tumq; fides contrahen-
tiumq; mens falleretur, ut ex supra allegatis
colligere fas est. Quapropter, & hinc ut iure
consequens inferendo colligentes illas definitio-
nis particulias, iam sic explicare licebit, nempe
uniformiter, id est, unius pretij, in forma spe-
cifica, hoc est in eodem pretio, ut mensura:
quādoquidē numi pretium, illius forma in-
terior est, non quidē rei ut materiae subiectae
nempe huiusmodi metalli ex quo numerus con-

flatus est, sed quatenus talis ille numerus rerum
commercialium mensura est. Sublato enim
eius pretio, iam non amplius numerus ille, men-
sura remanet, diciuè potest. Pretium igitur il-
lius forma est etiam specifica quæ nec altera-
ri, ut vulgus loquitur, néuè immutari potest,
quin simul inuertatur ac immutetur mensura
talis, quo circa e res earumq; contractus in-
uertentur. fidesq; bona infringetur, e contra-
hentium mens in dies falleatur. Nisi una ea-
dæq; mensura illa, népe pretiū, eiusdē præsertim
rei e contractus ratione durante permaneat.
Et nè quis interea eo miretur quod numi for-
mam talem constituam, bifariam in numero
formam intelligi posse notandum est: primò
materia numi est metallum videlicet aurum
(huius præsertim numi de quo cōtrouersia est)
Argentū aut aliud forma vero est illud in-
trinsicū innominatū quod dat esse rei, physico
Joli cognitū: exterior vero delineatio ut e for-
ma, vultus alicuius, aut corona, vel insignia
genitilitiaeū imagines figura potius acuterius est.
Secundò quatenus numerus pro mensurā in
contra-

contractibus est habitus; numerus ipse totus suā
dictā materiā & formā scilicet naturali, tū
& exteriori illā figurā constans, est ipsius mē-
suræ materia: illius autem pretiū est & eius-
dem forma intrinseca & essentialis. Quocir-
cā & alij aptè ipsius numi, quatenus numerus,
duo substantialia assignant, quorum unum
est legitima materia in qualitate & pondere
alterum vero publica & compacta aestima-
tio. Et illud satis apto vocabulo, & si inele-
ganti vel barbaro, appellatur Liga, quasi liga-
men gallicè. Aloy & dicitur quidem ligæ,
quando componitur una materia cum alia:
Quidā vocant legem, latinā & extensa vo-
ce quasi definitionem sive præfinitionem, qua-
litatis materiæ legitimā. Nouissimè Budæus
lib. 3. aßis vocat indicaturam, sed eleganti
vocabulo abutitur. Indicatura enim est soli-
da & vera aestimatio totius rei, vel quælibet
aestimatio voluntaria: & sic propriè significat
bonitatem illam, quam vulgus nuncupat ex-
trinsecam seu imposititiam, non autem solam
bonitatem intrinsecam videlicet qualitatis,

quam ligam dicebamus. A nobis autem alterum illud, nempe publica & compacta aestimatio sine indicatura rite & accommodate nominabitur valor impositius, qui cum primum monetæ sine pecuniae est inditus, dicitur fieri, haberi atq[ue] teneri pro ratione interiori & essentia ipsius pecuniae vel numi, ut numus est, & esse de eius bonitate intrinseca: quæ etsi qualitas esse videatur, eo quod extrinsecus accidat, hincq[ue] aduentitium quid dicatur sine imposituum, non tamē remanet tale: sed fit esse entiale, ut hominis anima vel mēs ipsa quamvis ab Aristotele dicatur extrinsecus accidere, & in hominibus quidem inesse, non ex eo tamē inest accidentium modo, nec tanquam affectio ita accedit, ut ipsius hominis sit qualitas, quinimo est merita eiusdem essentia. Sic & valor ille impositius sine externus eatenus tātū dicitur, quatenq[ue] imponitur, ac inditur: sed cū primū est impositus, statim fit hoc aliquid entiale, quod merito ipsius numi, ut numus est, forma essentialis internaq[ue] illa natura quæ dat esse rei, dicitur. Non enim materia vel forma

lib. i. de generatione animalium
cap. 3. & lib.
de immort.
animæ & lib.
a. de anima
cap. 4. & lib.
a. de anim.
cap. 3.

natu-

naturalis ipsius corporis monetæ vel numi sed eiusdem valor impositius est forma & substantia monetæ, vel numi in quantum numius vel monetæ, quæ etiam non est corpus physicū, sed artificiale, ὅτι δὲ φύσης άλλὰ γόμων εἰσὶ inquit Aristoteles ethic. ad Nicom. lib. 5. hinc & alibi numus ἀπὸ τοῦ νόμου, id est à lege dictus^{1.} nam, εἰς huiusmodi lex est, quæ, valore impositio, vim sive energiam essentialēm, ipsi monetæ præbet, & secundum quem impositium valorem monetæ sive pecunia magis ac potius in commercio & usū teritur, quam secundum materiam sive ratione materiæ ex qua conflata est ea, namque materia, inquit Paulus^{2.} iurisconsultus, forma publica percussa, utrum dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate, id est valore lege imposito.^{3.} Qua ratione confirmatur & eorum opinio, qui asserunt talem valorem ipsi monetæ imponendi autoritatem ad solum principem (ut qui lex viua & loquens suū) spectare, qui quidem valor materiæ estimationē dimidio vel amplius crebro cedit.

Aristoteles
cap. 1. lib. 5.
politic.

L. de con-
trah. emp.
& vendit.

L. si quis se
de solut.

cedit. Quare numi monetæue bonitas illa es-
sentialis est in aestimatione, quam extrinsecā
vocant (nos pretium siue valorem impositi-
tum, etiam intrinsecum dicimus, non autem
in materia. Quippecum in pecunia siue numo
potius attenditur v̄sus, quam materia^{1.} hoc
et enim speciale etiam est in pecunia signata
ut iam non materia attendatur, sed tantum
forma et indicatura imposta siue valor im-
posititus, ita vt nec habeat locum regula illa,
qua dicitur appellatione materiæ venire ma-
teriatum: ^{2.} quod ad sui materiam reuerti po-
test. Igitur si in pecunia signata nō amplius at-
tenditur materia, sequitur quod si offertur so-
lutio in pecunia proba et currenti, et quæ tā-
tum valet in valore impositio et currenti,
quantum in pecunia, quæ currebat tempore
contractus, vel dispositionis siue cōcessionis seu
ut vulgo dicitur inuestituræ primæ satis esse:
quoniam et dominus directus tanquam cre-
ditor solutionem illam acceptare recipereq; te-
netur: licet pecunia nūc currens, siue v̄su trita
et in cōmercio accepta sit, vel pretio materiei

dimi-

Idq: ex sen-
tentia Baldi
in l singula-
ria coll. 4. in
9. speciali fi-
cert. pet.

S. illud que-
ritū de leg.
iii ff.

diminuta, siue in materia et bonitate intrinsecā deterior ea, quae tempore dispositionis currebat: dummodo eandem summam suo pretio et valore faciat, videlicet tot francos aut solidos atque denarios, quod faciebant numi tempore contractus traditi: nec obstat c. olim causam de censib. ext. quia ibi non agitur de bonitate intrinseca: Sed de quantitate ipsius summae debitae, pro qua minor summa in alia specie, certis annis, citra præscriptionē soluta erat. Itaque non exigitur materia, seu bonitas intrinseca, sed solum antiquus valor, qui vulgo bonitas extrinseca nuncupatur et sic ille textus canonis, olim causam, de censib. ext. magis pro emphyteutis, quam pro domino directo iam facere vel pugnare videatur. Item text. Can. cum canonicis ext. de censib. non loquitur quando noua moneta est aucta intrinsecus duntaxat, ut vulgus canonistarum falso supponūt, sed quando etiam extrinsecus proportionabiliter ad augmentum intrinsecū (ut semper fieri solet) aucta est. Vnde nec reffert si pensio debeatur in tot testonis

F. siue

Bonitas vel valor, intrinsecus est materia pretiositas, & valor extrinsecus est pecuniae pretium vultu tritū, idque ex vulgi lenititia, cui modō facilitatis gratia nos accommodantes exactiorēm demōstrādi loquēdique modū accutiorem pro philosophis suo loco relinquimus, ac rursus ibidē inuisendū remittimus: ubi scilicet numerū siue valorē imposititū eiusdem formam inter namque esentiā, quatenus numerus est re vera esse demōstramus: ut paulo antea.

& mox infra latius exponetur, ne quis interea existimet quædā sibi inuicem repugnantia à nobis proponi.

sue capitibus, ut neoterici loquuntur, vel cuius-uis alterius speciei numis aureis vel argenteis, sed usus monetæ, id est eius valor extrinsecus impositius eiusdem cursus, ut vocat, qui erat tempore contractus, tantum respicitur ac obseruatur. Quod populariter & ut communiter propositum etiā facile à quoquis percipi potest. At vero propriè loquendo publica illa aestimatio seu valor impositius & publicus pecuniae strictè sumptæ seu monetæ, non est ipsius bonitas extrinseca, ut vulgo putat, sed bonitas extrinseca patet, quia eius est propria, specifica substantialis, & formalis bonitas, & essentia qua dat ei esse: qua sublata (publica videlicet approbatione remota) necessario definit esse pecunia vel moneta, 1. & tanquam sublata forma interit substantia. 2. Quamobrem forma ipsa & substantia monetæ, ut moneta, non est materia vel forma naturalis ipsius corporis monetæ, sed valor ipse impositius: Unde qualibet moneta in quantum talis, non deducitur in contractum, vel quamcunq; dispositionē, nisi sub ratione valoris, vel quantitatis

¹
Lieleganter
S. qui reprobos s.
de pignor.
action.

²
L. Julianus
S. si quis ad exhibēd. &
ita seaserūt antiqui vt
Azo in bro-
card. & Ia-
cob. Beluīs
& Odofret.
vñ effert Cy-
nus in l. in
minorum
coll. 4. C. in
quib. caus in
integ. restit.
dō est necel-

titatis impositiæ tunc currentis. Et hoc quidem indubitatum est quando dispositio incipit & consistit in nomine quantitatis in genere nulla certa specie monetæ expressa vel deducta, ut quando quis forte emptor promittit decem vel centum libras, sed idem nihilominus videtur si incipiat & consistat in nomine certæ speciei monetæ: ut si promittam decem ducatos vel aureos solares, vel si certa species monetæ etiam pretiosæ deducatur, ut in nostro emphyteuseos themate patet, quia illi aurei non numeratur tantum massa, nec tantum species, sed tantum moneta & qualitas, & sic subtractione valoris & qualitatis, ut hinc etiam tota fere doctorū caterua fatetur monetam etiam pretiosam magis considerari respectu cursus, quam respectu materiae ^{1.} ex quibus omnibus denuo colligere licet, idemque iam quod supra expositum, tandem concludere oportet: nempe uniformiter & in forma specifica, id est, in eodem pretio cuius prius, contractus scilicet tempore numius erat, intelligi debere: quare nec eundem ipsum nu-

¹
vt tradit Ol
dr. quæst.
168 ad pri-
main coll. 2.
Ioa. faber
auth. hoc
nisi C de so-
lut. & lib. &
instit. quib.
mod. tollat
oblig §.1.in
f. Anth. But.
panorm. &
alij in d. cap.
quato coll.
22.

mum persoluendum esse, sed eiusdem tantum
pretium ut saepe dictum.

Quoniam vero domini directi contra emphyteutas secunda ratio ex numi praesertim mutatione tota pendet (si quidem et eo numi aurei ratio difficilior et quasi incomprehensibilis videtur, quia pondus et pretium multipliciter variauit, ut etiam temporibus nostris continuè fieri videntur) nunc de humorū illa mutatione, ut gradatim posthac illi secundæ satisfiat, iam agamus. Sed prius duas numi mutationes fuisse notandum est, unam materiæ ponderis vel ligæ, et alteram pretij. Illa vero mutatio prima per imminutionem materiæ vel ligæ ut plurimum facta est, de qua Budæus in lib. de asse hæc narrat. Numismatis imminutio eo tempore facta est, quo romani imperij opes tenuiores factæ sunt principum multorum nequitia, qui luxu perditi, priuatorum opes ex tributis exhauserunt. Quāquam romanæ vires sese ipsæ confecerunt cum Augusti plures eodem tempore ab exercitibus facti ciuilia bella et intestina pro externis gererent:

gereret. Sic mūdus ad inopiā redactus tenuiore pecunia utri capit: id quod necesse fuit cum multum pretijs rerū decessisset hoc idem francia experta est & impræsentiarum potissimum. Si quis enim huius temporis numisma cum antiquo examinet exploretq; : dimidio uberiorius illud hoc inueniet & pondere & indicatione, atq; eo etiā amplius. Nos enim philipeos habuimus geniatos plus sesquisolato pēdentes. & alibi idem: quod si belli punici tempore ratio nummaria argēti, aerisq; imminuta est opibus romanorum accisis, finito statim bello in pristinū statum rediit. Ut Festus de assibus sextatarijs dixit haec tenus Budæus. Ut inam & sic nostra hac miserrima tempestate aerumnofo isto ciuili bello dei gratia pacato, vel omnino celesti pace extincto huiusmodi restauratio numismatum fiat. Cæterum ista numi mutatio nostrum institutum non admodum tangit. Quapropter & iam de altera videlicet pretij mutatione copiosius differendum.

Primum autem omnium animaduertendum est talem pretij mutationem bifariam

F 3 fieri,

fieri, numoue accidere nempe interdum decre-
mento, & saepius incremento, præsertim aurei
nummi, ut ex pretiosiori materia conflati. huius
verò mutationis causa ex p̄æallegatis à do-
mino directo vel etiam altius est paucis repe-
tenda hac similitudine. Quemadmodum pri-
mis illis temporibus rerum iudicentia ad per-
mutationes & contractus agendos mortales
coegit, hinc & ob indigentiae exiguitatem sive ra-
ritudinem, quam barbari insufficientiam vo-
cant, cum nedum satis commode tales fierent
permutationes, nummi inuentionem denuo indu-
xit necessitas: ut qui indigentiae vicem subi-
ret præsidioq; esset: ita & rursus eadem ipsa
vel similis aliqua necessitas quemdam inter-
dum principem, & alicuius generis homines,
quosdam ue populos alicubi ac in quibusdam
singularibus negotijs ad numum præsertim au-
reum suo pretio augendum quodammodo im-
pulit: uti modo apud nos numus noster aureus
iam ita austus, ut eius incremento excitata
fuerit controuersia hæc a nobis proposita. Et si
ne id quidem sine ratione, etiam ex Aristotelis
senten-

sententia ducta, qui in nobis id esse ait ut mutetur numus, reddaturq; utilis vel pretio augeatur suo, &c. supra latius a domino allata.

Veruntamen respondent emphyteutæ, si aliquando, apud quosdam, & in quibusdam negotijs, vel aliorum rerum tantum gratia talis mutatio ut incrementum locum habeat, minime tamen in censu in infinitum augendo habere videbitur.

Atqui iam in omnibus ut antea dixit, rursus inquiet dominus directus, & apud omnes usus inualuit, ut tale augmentum obseruetur omnino: ergo & in censu locum habebit. Et nos pro emphyteutis fatemur, id ipsumq; damus, vel ex hypothesi concedimus in omnibus & apud omnes huiusc regni scilicet ac tempestatis, sed id intelligendum procul dubio est ex eo tempore quo sancta vel recepta fuerit talis accretio in presens usque, vel forsitan etiam, si velit ad futurum: ad præteritum vero id sese extendere ius non patitur. hoc enim retroire foret, atq; contra omnium legum naturam: quæ non in præteriorum gratiam, sed

 suo loco ne
pe in ratio-
ne 9.

præ-

præsentium & futurorum tantum causa conduntur. Quandoquidem leges omnes & constitutiones futuri dant formam negotijs, & ad facta præterita non reuocantur.¹ Præterita enim in legibus stabiliendis spectare (nisi exempli causa, sive ad imitationem) non iniquum modo, sed & potius ridiculum penitus esset. At qui numus lex vel constitutio dicitur, ut infra demonstrabimus: Ergo eiusdem pretij ratio in numero, quatenus mensura & lex sive constitutio non ad præteritum, sed ad futurum vel præsens tantum respicit. Et ita si impræsentiarum dominus directus aliquis emphyteusim agat hoc ipso etiam numero iam suo pretio aucto, censum quidem suum constituere poterit, quod & ratum sub eodem pretio, cuius adhuc numus est, in futurum erit. At censum alio quasi numero, quia alterius posthac pretij, prius & statutum in futuro tempore augere profecto iniquissimum esset, tum & re ipsa, quum & ob perniciosissima infinita penè alia ex eo consequentia incommoda, ut dictum & latius infra dicetur. Ex quibus quid facile inferatur

viderit.

L. leges &
constitutio-
nes C. de le-
gib.

Viderit dominus.

Porro ut id ipsum apertius fiat & ad alia quæ magis urgeant sigillatim veniamus, num
num mutari nō posse, vel eius pretium inuerti
non debere in primis demonstrandum est.

Ex Aristotelis sententia initio præallegata
numus est regula, mediū, norma, vel etiā lex
ad commodius contractus peragendos (quare
& ad generis vel societatis humanae conser-
uationem conductit plurimum) quo dato &
ut veritas cogit etiam confessio, qui fieri po-
test ipsum inuerti, quin simul & contractus pe-
reant, esse aut fieri desinant, & idcirco tota
societas humana corruat vel omnino dissol-
uatur?

Denique numus est regula medium nor-
ma, & tanquam lex ut dictum. At qui om-
nis regula vel norma ad ea quæ obliqua sunt,
vel fieri possent, dirigenda aquaq; reddenda
proposita est, & uniformis semper seruatur.
Illa ergo mutata vel inuersa, immutatur &
ab unica illa rectitudine deflectuntur omnia,
quæ ad illam dirigebantur: sicq; inter ipsa nulla

G pari-

42

De solutione canonis

paritas, & qualitas ut unquam reperietur.

Medio item mutato, mutatur & ea quorum est medium, ita ut nunquam paria vel iequalia sive aliquo modo inter se convenientia fiant. Sicq; & breuiter nulla de ipsis haberi à quoquam poterit vera proportionis ratio. Insuper iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuens^{1.} ex. & a lege autem legitimum, a legitimo iustum, hoc vero & a iustitia: hæc igitur à lege, vel etiā lex à iustitia nomen traxit & ortum. Lex item Aristoteli^{2.} bonū & equum decernit: aequum vero sive iustitia sibi solum, sicq; lex & iustitia affinia & coniuncta inter se sunt. Quamobrē & hinc cum Platone^{3.} inferemus. Leges a se inuicem non differre, quatenus leges, quinimo omnem legem eternam esse, ut iustitia perpetua, ac penitus immutabilem, & apud omnes gentes eandem de eisdem, si hoc modo vera sit: nam que temporibus, locisq; & opinionibus permittatur inquit ille, non lex sed institutio nuncupatur. At numerus eidem Aristoteli lex est, que ut immutabilis, sic &

I.
Liustit. ff.
de iustit. &
iur inst. eod.
tit. init.

2.
Lib. 10. cap.
9. ethic ad
Nicomach.

3.
Lib. 7. de le.
gib.

nummus

numus mutari non potest, neue variari debet.

Nec multum refert si dominus refragādo tanquam ex hisce inferens obijcat numum nō propriè huiusmodi legem esse, sed per similitudinē tātum: vel potius ratione etymologie, uti à meris vel solis elementis ductæ (quæ propriè dicitur allusio à voce, vel vocis elementis ad rem significatam) quam ratione rei essentiæ vel interioris illius proprietatis atque energiæ, legem nūcupari. Ut qui ex instituto factus sit: quare & institutio dicatur citius. Quocirca & inde mutari posse (ut de institutione iam in confessio est) tam principis autoritate, quam & su communi, ac omnium fere hominū & præsertim mercatorum arbitrio. Hoc ipsum enim, ut iam antea ab Aristotele dictum in nobis situm est. Et hoc inquam parum refert. huic namq; obiectioni simul & illi à domino supra allatæ numū videlicet ut indigentia; cuius vicē subit, mutari posse, sua & eadem ratione occurrent emphyteutæ. Numus lex esto propriè vel impropriè, aut communiter ita dictus, vel si quis malit institutio communis

interim generalis vel publica : si quidem & omnis lex quodāmodo aliquoū respectu institutio, siue constitutio dici potest,^{1.} nec id contra Platōnē. Quandoquidē ut cōmūnis & publica est institutio, qualis est numus, eo etiā magis ad huiusmodi legis proprietatē accedere debet, ut sit firma & immutabilis, ita ut etiā nunquā inuertatur, nisi quadā urgeti necessitate per alia exponatur aut varietur, quae post eam, veluti eius locū assūmēs, immobilis ex in perpetuo remaneat, ac si una regula fracta vel incurua effecta, altera forsitan rectior eius vicē subeat, nō aliter: quādiu enim prima perfēctē recta manebit, altera dari non poterit rectior, ut qua dirigātur oīa ad eā collata. Sic igitur numus ille aureus (ut paucis plura perstringamus) si unicus ex hypothētātum in cōmercio esset, ille quidē perpetuo unus ac idē, eiusdēq; pretij & valoris esse atq; remanere certe deberet: vel etiā in genere omne numisma, omnīsiue monetae species, quatenus numeri ut sui generis nomē sumit ac exinde regule vel legis vim obtinet, ut lex perpetua & constās est, sic & illa

I
L. leges &
constitutio-
nes C. de le-
gib. nouella
ne mulieres
in principio
constitutio-
ne 2.

¶ illa immutabilis, et iā quantū fieri potest re-
tineri debet, quo pecuniarū sue numi una
eadē sit ubique potestas: idque ex Caij sentē-
tia, cuius cōtrariū crebrius quā par sit accide-
ret, si quibuslibet priuatis hominibus ipsi pecuniae
pro arbitrio pretiū imponere ac immutare suis
paetionibus liceret. Ac proinde huiusmodi li-
centiā & veniā res publica detrimentum pa-
teretur, fineq; illo priuaretur, cuius gratia pecu-
nia fuit inuenta, ut perpetua scilicet aestima-
tione difficultatibus permutationū æqualitate
quantitatis subueniret. Quo fine inuerso, hac
ipsa pecunia, res commerciales certo quodam
pretio estimari minime possent, propter eiusdē
scilicet pecuniae valoris priuatorum cōuentio-
ne variati incertitudinem. Ad quē abusum
è medio tollendum omnes conuentiones inter
priuatos sue particulares homines ad monetæ
valoris publici præiudicium factæ, sue pro il-
lius valoris incremento fiant, sue ob eiusdem
futurum decrementum, sunt rejicienda, prōq;
nihilo penitus habendæ, tanquam peractæ cō-
tra bonum iusque publicum, quod priuatorum

L ideo s. dē
eo quod
cert. loc.

^{1.}
L. 1. §. sed
quia C. de iu-
ram. calum.

pactionibus nec tolli nec diminui potest.^{1.} Alio-
item ratione numi valor perpetuus verè dici-
tur quia sic lege impositus est, ut in contracti-
bus etiam perpetuo maneat, quibus solutionem
numis eiusdem bonitatis hoc est eiusdem va-
loris, cuius erant tempore contractus, fieri de-
bere prescribitur: nec minus valor ille perpetuus
dicitur quamvis posthac augeatur rerum
enim qualitas respecto temporis ipsius contra-
ctus non autem ratione accidentis vel casus
post euentu consideratur.^{2.} Nec ob futurum
euentum mutari debet.^{3.} Quamobrem quantum
ad ipsius contractus effectum attinet in eodem
ipso numi valor siue pretium perpetuum rema-
net, videlicet cum scire opus erit quantum in
obligatione contineatur, quantum siue in solu-
tione debebitur, tunc enim numorum pretium, quod
tempore contractus erat, inspiciendum.^{4.} Non
autem pretium post illa euentum, quod in futu-
ris casibus & non in prateritis locum habere
debet.^{5.} Alioqui numorum pretium in con-
tractibus minime unum & idem ac perpe-
tuum esset, quinimo potius incertum atque in-

^{2.}
L. sufficit ff.
de condic.
I. deb.

^{3.}
Argum. l. 1.
ff. de in lit.
jurando.

^{4.}
Argumento
d. legis cu-
quid.

^{5.}
L. leges C.
de legib.

definitum

definitū contra legis dispositionem : qua cautū
est ut soluendæ pecuniae obligatio certa atque
definita sit. 1. Et huiusmodi sententia fuit
priscorum doctorum ut Oldrandi,² Specula-
toris,³ Ioannis Andr.⁴ & Panorm.⁵ Aso-
nis,⁶ Tum & grauis ille censor nostræ tem-
pestatis Chorifeus maximi ingenij vir Caro-
lus Molinæus eodem laudis honorisque titulo
dignus quo Budæus Laurentium Vallam in-
signiuit. Herculis inquiens Alexicaci nomine
dignus qui nullius & inquam hominis offensione
aut scriptoris autoritate deterritus est, quo mi-
nus veritate a monstribus vindicare niteretur.
Hæc ille in questione 91. & alijs sequentibus
post multas in utrumq; partem rationes in
medium adductas tandem in hanc nostram
concludit sententiam pro emphyteutis scilicet
contra dominum directum, quam plurima
senatus decreta curia parisiensis allegans, quæ
se ad nostram opinionem conformant.

Cæterò autē Aristotelis sententiam illā qua
dictum est figurā siue formā numo impressam
tandem fuisse ut à mensura liberaretur do-

L. 1. ff. de
cond. tritic.
1. stipulatio
num §. 1 de
verb. oblig.

² Consilio 31
& consilio
250.

³ Tit. de obli.
& solut. §.
nunc aligna
in f.

⁴ In addict. ad
specul. in d.
§. nunc ali-
qua in ver-
bo olim.

⁵ In c. olim.

⁶ In brocard.
sub rub. an
ead. mēsura
vel moneta
debeatur.

minus directus sic interpretari non potest, ut à mensura liberaretur id est, à certo quodam pretio; imo aliter, uti ex adiunctis verbisq; consequentibus facile deprehēdere licet, nempe huiusmodi, quæ forma vel figura inquit Aristoteles, magnitudinis & ponderis nota fuit. Qua igitur de causa, alia magnitudinis & ponderis nota dicebatur, nisi respectu certi cuiusdam pretij ad tale pōdus relati & ad magnitudinē habitā proportionē? Alioquin nāq; indefinitus fuisset illius usus, & à contractus peragendos minus aptus: à mensurā verò librabatur nepe prisca & informi cognitūq; diffīcili nec satis vulgo perspicuā, idq; ex interpretum eiusdem Aristotelis opinione. Ceterum si aliquo casu is ipse numerus, de quo est controuersia, nihilominus inter alias monetæ species propter magis commune bonum, publicamū utilitatem interdū aliquando sicut indigentia immutetur, ut augeatur principis scilicet auctoritate ob suorum ipsius questorum præsertim maiorem commoditatē, ad tutius tributi pecunias thesaurumū ad se citius atque securius aspor-

asportandū, vel alia quauis ratione, aut simplici voluntate. Quis ex in tam leui iudicio arbitraretur principē intelligere idipsum ad alicius suorum subditorum damnum fieri? imo potius ei subueniri, si ab aliquo huius rei ergo afficiatur iniuria vel incommodo. Si deniq^b pro mercatorum arbitrio tale fiat augmentum ad cōmodius maiores pecuniarum summas hoc atque illuc deferendas: utrum agricolae verti incommodo potest aut debet? minime gentiū: quātominus & emphyteutis multi generis hominibus huiusmodi noxa fieri debet? quum idipsum non solum incommodum ratione census (qui sic in infinitum ex cresceret) sed etiam multo magis noxiū ex absurdis quam plurimis alijs (quæ vulgus inconuenientia vocat, nos incommoda) consequentib^s procul dubio foret: ut ex his quæ infra demonstrabuntur clarius quisque perspiciet. Denuo ex hoc interea maximē notandum omnem numi mutationem ut præter sui finis rationem, vel etiam contra inuentionis institutum atq^b primi usus naturam plane accidisse. Nam ut tritici aut

vini & olei mensura eo determinata est, quo illud, quod ante vagum ac indefinitum erat mensuræ beneficio definiretur, & rerum illarū commutandarum inæqualitas ad parilitatem reuocaretur, tum & pondus certum quoddam præscriptum alijs rebus ut aromatibus croco, cere & cæteris fuit, ut eo distingueretur pretium illorumq; omnium permutatio faciliori negotio fieri posset.

Præterea & ad contractuum præsertim rerum mutuo datarum vel beneuole accommodatarum, maiorem securitatem pignus, vel pro pignore vas introductus fuit (quorum omnium numus præse similitudinem refert. non enim aliter numum ad usum mensuræ introductum fuisse, quam ea, quæ supra dicta sunt certo constat) atqui mensura & pondere sublati & in dies ac nimis crebro mutatis aut inuersis, nonne & res quarum sunt mensura & pondus rursus indeterminatae ac proinde incommunicabiles reddentur denuo? Pignore item sublato aut vade non admisso, qui cedo contractus ob minimam mortalium inter ipsos fidu-

fidutiam securi firmi vel rati erunt? Sic numero è medio sublato vel inuerso, eiūsue mutato pretio (quod fere idem est: pimo enim & legitimo vnu dēpto tollitur finis, & fine sublato aufertur tandem & forma: qua deleta perijt & res cuius est, cūm illa sit, quæ rei dat esse, ut similitudine a domo sumpta, cuius finis est habitatio, clare innotescit) mutato inquā pretio, & res omnes commerciales potissimum, ut quarum sit mensura & pondus, denuo impares, quapropter & incomunicabiles hominibus erunt, tum ijsdem inutiles, quum ab illarū egentibus remotæ atque penitus sublate. Insuper similitudo ducta a lege semper in stipulationibus ff. de reg. iuris est animaduertenda, ut huic loco quadrans: videlicet quemadmodum si variari contingat mensuras agrorum, solum debet attendi illa quæ erat tempore cōtractus: Ita variatis numis aureis eorum pretium attenditur, cuius erant tempore cōtractus, si variantur scilicet: at qui rariissime tales mensuræ mutantur vel, ut quod æquius est dicamus, nunquam mutari debent: sic igitur nec numus.

H 2 Porro

Porro ut rem penē acu pertingamus etiam paulo exactius scopum collimantes locamur, omnium minime vel rariſſimē numum aut eius pretium mutari posse, vel debere cum philosophorum principe illo Aristotele affermus. Nam et si, inquit ille, numus mutationē interdum patiatur: tamen magis persistit, ac proinde diutius in suo pretio ab initio definito scilicet et determinato permanere debet, quā res aliae ut quarum est mensura et medium. Quamobrem et eo magis in censu imponendo ac persoluendo suum pretium unum et idem retinebit, quum et in rebus præsertim publicis (eiusmodi census) omnis pecunia vel moneta tanquam publicē et pro communi utilitate inuenta atque instituta eandem vim, et continuam habere perpetuoq; retinere, si fieri possit, debeat. Quādoquidem et hinc germanum illud epitheton iure sortita est, ut publica etiam et a protoparentibus vel patriarchis primis illis temporibus fuerit nuncupata: ut genesios vigesimo tertio videre cuiq; licet ubi Moses pius ille historicus Abrahamum in uxoris sue sepul-

Loco supra
citato népe
lib. 5. cap. 5.
ethic.ad Ni
comach.

sepulchrum ab Ephrone Hætto fundum quadringentis siclis argenti probatae monetæ publicæ, vel ut alij dicunt argenti currentis sue à commercio in quo haberí solet commercialis vocitati emissæ narrat. Hoc autem ex eo etiā confirmatur potissimum quod inuentio & institutio monetæ publicaq; illa & perpetua (velut ex cōmuni fædere & ut Aristoteles ait κατὰ συδικεύματα i.) aestimatio est de iure gentium, ut probat Aristoteles politicorum libri primi, capite sexto. & iure consul. l. i. de contrahenda emptione, & omnia iura que dicunt de iure gentium esse contractum emptionis & venditionis: ergo & pecunia signata aestimatio & fides, & ita rectè decidit Bart. in d. l. i. de contrah. empt. docens numum non esse introductum de iure ciuili, sed de iure gentium, ut enim gentes inuenerunt & approbauerunt primum utrum rūdis pecunia non signata pro quantitate & pondere pecunia, ita mox inuenierunt & probauerūt utrum pecunia signata: quin etiam circumscripta inuentione, bene sequitur omnes gentes utuntur pecuniā: publicè ergo

Ethic.lib.5.

I. ex compacto & ve-
luti commu-
ni lata con-
ditione.

compactum illud & fides pecuniæ semel publi-
co suo charactere signatae est de iure gentium
per locū à definitione.¹ Nec obstat quod qui-
dam obijciunt pecuniam sine principiis authori-
tate cuius non posse quia id ipsum iure gentium
introductum est ne cuius priuato liceat pecu-
niā cūdere, sed solum in communi & de pu-
blico per communitatem ipsam vel remp. Vel
eius publicum & legitimū administratore, siue
sit princeps siue aliis legitimis magistra-
tus, qui in hoc non est nisi minister iuris gentiū
quiq[ue] si in hoc male versetur, non solum subdi-
tos & commissam sibi rem publicam prodit,
sed etiam iura gentium violat. Minus refert
si alius diceret iura gentium esse immutabilia
sed numos mutabiles esse, dicente Aristotele
ethic.s. ut supra allegatū, in nobis esse mutare
vel inutiles facere, hoc enim non magis cōclu-
dit, quam si quis colligeret contractum fidem,
auctoritatem, & virtutem, ideo non esse de
iure gentium, quod contrario paciscentium cō-
sensu mutari vel resolui possunt: sic si aliqui
tantum populi certo numismate cōtantur, non

est

est dubium quin eorundem consensu possit idē
numisma mutari, vel aboleri: & ita loquitur
Aristoteles, mensue eius sic intelligenda, nō au-
tem satis esset cōsensus illius solius populi, apud
quem nimis ille fabricatus est, postquam in
alias quoque gentes dimanauit, & compactū
illud ac fœdus publicum ad eos extensum est,
sicut nec publicam conuentionem, aut iuris gen-
tium vni partium recidere licet. ^{1.} Quanto-
minus sufficeret satisue esset libido unius, vel
alterius qui questui habeat rempublicam: ex
quibus liquet quāta sit recordia, imo perfidia
& in patriam & in rempublicam impietas
perditissimorum quorundam, qui sui questus
& ambitionis gratia principibus suadent &
numos, & leges ab eis pro ut libitum fuerit,
fingi & refungi posse: tum augeri quū & alias
minui: nec enim minus nocent quam qui publi-
cum ciuitatis fontem veneno insciunt. ^{2.}

Insuper quod institutiq probitas & autho-
ratio, ut vocat, monetæ, & fœdus illud publi-
cū compacti valoris estimationis & cursus
monetæ sit de iure gētium ostendit etiam ve-

L. connéctio
nnm ff. de
pact.

Postimo aschirij allusione: inobit in tns

L. ideo de
eo quod
cert. loco ff.
l. i. de con-
trah. empt.
ff. l. final C. de
vet: numis-
mat. potest
lib. 11.

²
Quomodo
autem prin-
ceps pecu-
niā mu-
tare posse
an propria
& sola au-
thoritate
sua. an me-
diante popu-
li consensu
& qualis pro-
clamatio an-
te fieri de-
beat, & q
quantumue
tempus dādū
sit in muta-
tam monēta
vel reproba-
tā exponen-
di, & se de il-
lis de saisen-
di (vt vulg
loquitur)
vel illā recu-
perandi siue
principi ed
dendi mini-
me nostri in

tus sacra pagina loco citato: ubi Abraham
emit ab Hephrono agrum speluncæ duplicitis &
soluit ei pecuniam quadringentos siclos argenti
probatæ, monetæ publicæ (ut paulo ante retu-
limus) id est transeuntes per mercatores ut ex
hebræo Santes vertit. Erat igitur publicus &
probatus ille cursus de iure gentium: tum quia
generalis, tum quia nondum tunc erat certum
statutum ius ciuile, nec etiam ad usum certæ
ciuitatis refertur ea probitas & estimatio, sed
ad usum mercatorum, qui per diuersas pro-
uincias negotiari tunc quoque solebant, ut etiā
patet geneseos trigesimo septimo.

Ex quibus omnibus acutè perspectis ma-
turoq*z* iudicio animaduersis mutari numū vel
eius pretium non debere rite sequitur, iamq*z* sa-
tis constat. Quapropter & iure sancitum est,
ut perpetua & uniformis sit numerorum esti-
matio. ¹ Mutatur tamen, ut cum augetur tā
principis authoritate quæ ratione non caret,
quam ipso etiam frequenti usu ac fere omni-
bus libero. ² Vnde ipsius emphyteutæ ut debito
ris emergit incommodum ac detrimentum, &
stituti videtur: quare illa prudens omittit: domi-

domino utili vertitur in lucrum & commo-
dum: sicuti è contra numi decrementum ipsi
damnum adferret, sibiq; in detrimentum dare-
tur ac proinde ex eo dominus directus suam
rationem secundam desumebat, hoc pacto.

Quod operatur propositū in proposito, ope-
ratur oppositum in opposito: ^{1.} at numi decre-
mentum mihi damnū inferret: igitur ex eius-
dem incremento lucrum iure consequi possum.

RESP. SECUNDÆ RATIONI.

Huic autem rationi ut verisimili, qua
propter e& minus validæ argumentis vali-
dioribus iam satisfiet.

Et primo prorato tenendum id ipsum fere
nunquam à quoquam mortalium hactenus
visum humorum præsertim aureorum pretiū
in eodem potissimum regno vel prouincia, aut
sub eodem imperio diminui. Quamuis nostri
recentiores chronographi (ut Antoninus titulo
vigesimo C. 8. §. 16. suæ historiæ) pro certo nar-
rent, Philippum illum cognomento pulchrum
quandam monetam argenteam sua nescio an-

I
L. ex duob;
1. & si cōtra
tabulas de
vulg. & pup.
ff l. siextoto
inprin. de
legat. 1. l. f.
in f. de leg.
3. & per lo-
cū à vicissi-
tudine com-
modi & in-
commodi l.
secundū na-
turam ff. de
reg. iur.

æqua auctoritate (quia in populi detrimentū, & sui cōmodum) reprobasse. Quod & si sub eodem principe , vel rege (vt sub illo Phil. & alijs nequioribus, vel vt dixisse putaram antiquioribus, vt sub Imperatore Nycephoro Phoca & Dyoniso Syracusano Tyrāno, atq; Carolo sexto sub Anglis quid simile ad sui ipsorum solius cammodum in subditorum damnum accidit) & adhuc talis fieret mutatio, qua hunc numum v̄sus aboleret alterius introduktione, vel inuentione & libera principis auctoritate : an ne princeps ille vel rex suos nobiles, quos vocat, tāto odio prosequi posset , vt eos omni tali prouentu & censu destitui omnino vellet? ecquod nam omagiu vel obediētiam & obsequium illi præstarent, si non suis ab ipso fouerentur priuilegijs, eorumq; iura & prouentus non tueretur & conseruaret? Certe nullum, idq; merito. Itaq; & iam optima ratio pro dominis directis suadere videtur, Quod & si numis ita exoletus nunc redderetur , vt vel multum imminueretur vel etiam nihil forsitan fieret, eiusdem tamen pretium cuius tēpore

pore contractus emphyteuseos numerus erat, ab emphyteutis exoluī suo domino debere. Quapropter & hoc tanquam antecedenti sublato, tollitur & consequens, quod directus dominus ille veluti ex opposito assumpserat, imo & vice versa ex hoc iam aliud pro emphyteutis elicetur argumentum per locum etiam à vicissitudine commodi & incommodi, siue per locū ab eadem contrariorum disciplina hoc modo, si suppleri debet ab emphyteutis valor immunitus tempore censualis solutionis, sicuti à mutui debitore post numorum cōsumptionem: ergo deduci debet domino valor vel augmentum secutum tempore solutionis, ut creditori post consumptionem.

L. secundū
natram ff.
de reg.iur.

Verumtamen hisce argumentis inhærere non multum opus esse videtur cum tale patrum (ex quo istae hauriantur controvērsiae ut de incerto) utriusque partis respectu sit omnino captiosum & nimis alterutri sēpe onerosum, ac semper anceps. Habet enim speciem quandam aleæ, que ad nihil est vportuna, nisi ad inopinatas supergressiones alterutraruū par-

tium: & sic magis expedit è republ. explodi, quam admitti. Nec contra urget captio illa, quæ dicitur ex regula in cōtractibus trita eiusmodi, neuter lēditur ex quo pāctio æquè se habet ad incertū lucrē & damni, respectu utriusq; partis. ¹ Quandoquidem nec adhuc illa quadrare, néue hic locum habere ullo modo potest, ubi notum quidem est periculum non esse utrinq; æquale: quia longè proliuus & maius periculum est deteriorationis intrinsecæ monetæ, & augmenti extrinseci (ut pretium vocant) quam meliorationis intrinsecæ, & decrementi extrinseci: & per illud pāctum nō æquè cauetur vel nocetur utriq;, sed ut plurimum melior fit domini directi tanquam creditoris (ut summam perpetuo vel annuatim pro cēsu recepturi) conditio, emphyteutæ vero & debitoris deterior, ut etiam communis experientia docet. Quocirca ut dolus omnis, fraus & detrimenti periculum ab utraq; parte contractuum ex inuitetur, hoc regulariter ut aiunt doctores perpetuo est animaduertendum quod in contractibus pro rato ac definito habetur

vide-

L. si ea pa-
tione l. si
ea lege C.de
vsur.

videlicet nunquam presumendum esse néue
conisciendum aut arbitrandum, quod contra-
hentes velint se subiçere alicui aleæ: imo hoc
ipsum principaliter in quæstione versatur an
contrahentes intenderint præcidere ad sum-
mam, quam tunc quadraginta exempli gra-
tia aurei conficiebant, An vero intenderint
transigere de alea, id est de incerto. Et nō va-
let ratio quæ est eadem cum quæstione vel di-
cto l. qui interrogatus, ubi Bart. de pet. hæ-
red. not. in l.f. de off. proc. Cæs. quod si non in-
tenderint transigere de alea, ergo de certo, ut ra-
tioni magis consentaneum est. Si quidem de
iure omnis obligatio ad pecuniam semper dici-
tur certa, imo & certissima. Ut est textus in l.
numis de in litem iurando. Vbi ideo negatur
juramentum in litem habere locum in pecunia
quia semper certum est quæ & quanta sit eius
æstimatio, & in incertis, nō certis, locus est di-
cto iuramento, vel alij cuicunque probationi or-
dinariæ vel subsidiariæ: sed non dicitur certa,
(nisi per æstimationem extrinsecam, quæ est
vera propria eius indicatura. Igitur præcipue-

hinc aestimatio attenditur & consequenter necessario procedit ad tempus contractus, vel dispositionis & ad certitudinem, quae tunc erat alias numquam esset haec obligatio certa, sed modo maior, modo minor esse posset, pro ut ex trinsecus valor numeri variaretur. Quod confirmatur l. stipulationum quedam de verb. oblig. & bi stipulatio vel obligatio pecuniae exempli gratia decem aureorum dicitur omnino certa, Quia ex ipsa pronuntiatione apparet, quid quale, quantumq; stipuletur vel in obligatione educatur: quod non potest esse nisi per valorem imposititum, siue estimationem extrinsecam, ut vocant. Et quamvis ipsius materiae alia sit alio tempore aestimatio: & tamen in pecunia ipsa valor impositius siue illa aestimatio extrinseca potissimum consideratur, ut de ea praesertim etiam pesetur: alioquin obligatio pecuniae nunquam esset certa, ut esse debet, etiam per textu in l.i. de codic. trit. ubi dicitur quod pecunia numerata. (non intelligas mutuata, quia verbum numerata refertur ad aptitudinem, & solum apponitur ad designandum: quod

ver-

i
 L: cum cer-
 tum de aur.
 & arg. legat.

Verbum, pecunia, stat strictissime, videlicet pro numis,) semper petitur illa actione si cert. pet. Et hoc ideo quia semper certa est d.l. si stipulationum quedam d.l. numis. unde licet omnes res sive constant in re solida (puta species vel corpora, sive φύσις sive τεχνική, de quibus in l.rerū mistura. de usu cap. quae Volusius vocat solida) sive in mensura vel pondere, ut quantitates e res fungibles sive aridae, sive liquidæ per conditionem triticariam peti possint, tamen sola pecunia excipitur, et omnino negatur actione triticaria peti posse. Quia semper et perpetuo certa est. Hæc autem altius et radicitus perscrutantes gradatim et tanquam ex vi consequentis per exempla illustrando iam demonstramus, ut et consequentia antecedentibus semper respondere faciamus.

Cum primum igitur certi aurei vel qualibet certa species monetæ pro accommodato vel mutuo aut societate &c. ex explicata causa, datur ad negotiandum et lucrum vel ex eo commodum consequendum, saluā sorte: necesse est eam speciem aureorum vel monetæ deduci in dispositionem

tionem potissimum, non tanquam certa species
monetæ, nec sub ratione certorum corporū, sed
tanquam qualitas & sub ratione unius certæ
summæ pecuniae, quæ ex corporibus vel specie-
bus numeratis resultat tempore numerationis
inspecto. Et sic ea fors semper limitata &
determinata non potest amplius augeri vel mi-
nui in se pretextu augmenti vel decrementi
specierum numeratarum ex interuallo super-
uenientis. Cum enim id ageretur ab utraq[ue] par-
te, ut species numeratæ darentur ad statim
negotiandum, ut que mox in negotiatione ex-
penderentur (quod fieri non potest nisi sub ra-
tione & mensura valoris tempore numera-
tionis currentis) sequitur quod augmentum vel
decrementum earundē specierum ex interuallo
superueniens prorsus impertinens sive incommo-
dum aut absurdum plane est: quia non facit
plus vel minus retro numeratum fuisse, nec
negotiationem ipsam pinguiorē, vel minutio-
rem retro fuisse: & sic semper inspicitur &
retinetur eadem ipsa fors, quæ fuit ab initio. Vn-
de si plures mercatores contraxerint societatem

certe.

certæ negotiationis & certas quisq; summas
sub varijs speciebus contulerint alter in solari-
bus, alter in coronatis, aliis in alia specie mo-
netæ, tēpore diuisionis societatis, quo quisq; for-
tem suam seu capitale super lucri distributio-
nem ante percipere debet, inspiciendus est va-
lor dūtaxat, qui erat tempore collationis: quia
ille demum valor, illa tantum quantitas quæ
tunc erat collata est, posita & conuersa in cō-
mune cum statim, tāti, quanti tunc erat, in ne-
gotiationem communem expensa fuerit: &
sic siue postea tempore diuisionis creuerit, vel
decreuerit: valor seu cursus collatæ monetæ,
non debet quod superuenit attēdi, sed solus cur-
sus qui erat tempore collationis. Idem in simi-
libus.

Et quod diximus de societate amplia-
mus primo etiam si expressum sit quod finita
societate quisq; percipiet capitale suum, vel
quantitatem a se datam in eisdem speciebus.
Tum & si collatio non inceperit à nominibus
quantitatis puta tot librarum, sed nominibus
corporum vel specierum, puta si actū sit quod

conferrent tot aureos & totidem perciperent,
 vel si unus simpliciter contulit centum aureos
 & interim multum excreuerit aestimatio seu
 cursus aurei, non momentaneus (qui non atten-
 deretur) sed stabilis, etiam si non publica ex-
 pressa authoritate, sed inter mercatores & in
 commercijs similis societatis ^{1.} debet illud incre-
 mentum de capitali deduci, & inter socios di-
 uidi, & contra, si non ad momentum sed lon-
 gam durationem decreuerit cursus aurei, de-
 bebit de communisuppleri, & reddi in ea aesti-
 matione & cursu, in quo erat tempore colla-
 tionis & conuersionis in rem communem. Nō
 enim hic tanquam species sed tanquam quan-
 titas conferuntur: nec cedunt in societatem, nec
 prosunt societati, & communi negotio in quā-
 tum illa vel altera species, sed in quantum tā-
 ta quantitas merito hæc que hic est formalis
 & propter se, seu finalis, debet attendi, non au-
 tem materiæ species, vel forma particularis
 ipsius montæ, que hoc casu accidentalis est, re-
 mota & ut doctores loquuntur, impertinens.
 Non obstant dictæ clausule, in eisdem vel
 totidem

^{1.}
 Angelus in
 I.æris C. de
 collat. xris
 lib. 10.

totidem speciebus, quia debent intelligi rebus
sic extantibus & secundum materiam subie-
ctam, prout etiam secundum ius intelliguntur
salua diminutione pro rata in casum damni:
& in predictis intelligimus de variatione, quæ
accidit non immediate post nudam collationem,
sed post collationem actu efficacem videlicet
post usum & exercitationem societatis: alioquin
si cal. iannuarij conuenerit de societate inchoa-
da & excenda, à calend. aprilis usque ad
annum vel aliud tempus non debet attendi
valor, qui erat ante calendas aprilis, si quis ab
initio pacti vel interim contulerit: sed cursus
qui erat calend. april. tempore quo ceperit exer-
ceri communis negotiatio & in communem
usum pecunia conuerti, sic vel etiam potiori
ratione in d. emphyteusi numorum aureorum
pretium, quod tempore contractus erat, nō au-
tem quod tempore solutionis inspicitur.

CONTRARIATIONEM.

Et hæc satis superq; sint in secundam ra-
tionem discussa: iam ergo satisfaciendum ter-
tiae, qua per similitudinem à deposito sumptam

inferebat dominus directus eosdem numeros in
specie persoluendos. Cui et emphyteutae paucis
ac facile respondet, multa discriminis esse inter
emphyteusim et depositum. Nam emphyteusi
sive per emphyteusim possessio et dominium
salem utile penes emphyteutam est: per depo-
situm autem rei depositae nec dominiū nec pos-
sessio in depositarium transit. Quippe cum et
res ipsa multo fauorabilius sit deponenti, quam
depositario: at in emphyteusi contra. Quando-
quidem negotium fauorabilius est emphyteu-
tae, quam domino directo. Etenim quo et fa-
cilius res innotescat, dominus directus agros co-
lendos dedit, quos non repetit, sed ipsius census
numeros, quos minime dedit: in deposito autem
contra res ipsa deposita eadem iure et merito
petitur. In eadem igitur re, ex qua similitudo
per perpetam sumebatur, iam aperte videtur ma-
xima dissimilitudo. Quocirca et consequens
ut ineptè illatum, sic et certè falsum. Item si
ex contractu emptionis et venditionis idem
aut simile, dominus directus elicere vellet, ut
in resolutione contractus venditor cogi ab em-
ptore

ptore possit easdem monetæ species aut illi similes, quas acceperat, restituere: sic & emphyteutæ eodem penè modo vel etiam breuius illi satisfiet. Siquidem numi incrementum emptoris commodo cedere nefas est, ut qui suam pecuniam è loculis in emptionem emittens, eiusdē possessionem & dominium amiserit, ad venditorem transiens, sicuti rei venditæ contra. Et si in mutuo prima frōte oppositum videatur, id ipsum cum duabus cautionibus est animaduertēdum. Prima si absq; vlo fœnore vel ysura mutuo data pecunia sive gratis accommodata eius species statim aut paulo post pretio accreuerint, easdem aut similes species reddi debere æquitati maximè consentaneū videtur. Secunda si inter mutuantes, ut ita loquar, comenerit ut mutuo accipiēs similes monetæ species mutuanti tempore statuto persoluat, ad id iure tenebitur mutuo accipiens. Sub hac quippe hypothesi quod mutuo dans tales species breui pretio auctas fore sperans, gnauiter custodire sibi decreuerat: sed eas nihilominus proximo accommodauit, quo illi amicē præ-

L. incendiū
C. de reb.
cred. si cert.
pet.

staret obsequium. Quādoquidem in huiusmodi contractū mutui, qui in solius recipientis favore fieri penitus videtur, creditori licet, per mutui pactum dāmmū in quod incidere posset ob sua pecuniae gratis accommodatae effectū, evitare ac inmutuo recipientem retoquere creditori inquam licet.^{1.} Etenim nemo iure cogi potest cum suo incomodo proprioq; dāmno alteri ferre commodū obsequiumū præstare.^{2.}

Exempli gratia mercator aliquis suam pecuniam in mercibus emendis, ut ex his lucrum consequeretur, insumere destinauerat, veruntamen ab alio rogatus ut sibi eam pecuniam mutuo accommodet, vel ad commerciū agendum, vel ad debita persoluenda, quorum gratia v̄sura alteri pēdere tenetur: eo casu mercator ille honestam summam videlicet dicta pecuniae proportione respondentem pro tali mutuo stipulari iure posse doctores censem, non solum iureconsulti, sed etiā Theologi,^{3.} ut quod non minus pietati quam rationi, & equitati plane consonum videatur. Illa siquidem summa non tam pro v̄sura, utilitate vel cōmodo

¹
Achid. in
can. v̄sura
4. quæst. 3.
Roma. cōfil.
517. Decius
in I. quatenus
ff. de
reg. iur.

²
Canone
præcarie 10.
quæst. 2.

³
D. Thomas
de Aquino
quæst 78 tit.
2. in 2. secun
dū.

ipsius

ipsius creditoris, quam ad eiusdem damnum
resaciendum sue detrimentum compensandū
persolueretur. Quocirca ex hisce nullum argu-
mētum à simili pro domino directo elici potest:
cum inter hæc & emphyteusim plus dissimili-
tudinis, quam similitudinis appareat. Igitur &
modo ad quartum eius argumentum deuenia-
mus.

CONTRA QVAR. R A- TIONEM.

Quo à rebus commercialibus pro censu aut
debito præstandis, ad numeros illationem facit
que tam facile diluetur, ut quoquo se vertat,
veluti per dilemma citò corruat. Inq^z emphy-
teutarum partem sic inuertetur. Et primo si illi
in exemplum assumpto liberum videatur vel
pecus vel summam illam soluere: eo quod v-
trunq^z in contractu expressum fuerit: cur non
etiam emphyteutæ licebit vel numeros illos au-
reos, vel eorundem pretium, cuius tempore con-
tractus erat p̄dere? Quis respōdebit quia in isto
emphyteuseos cōtractu tātū numi aurei expres-
si fuere, nō eorundē pretiū: at si non expressum
pre-

pretiū illud, nihilominus tacite intelligebatur,
 idq; ex mēte cōtrahentiū secundū quā cōtractus
 semper sunt interpretandi. ^{1.} Nā cum dominus
 dīrectus, qui cum suis emphyteutis illum con-
 tractū peregit, eiusmodi aureis numis illius cer-
 ti pretij, cuius tunc temporis erant, cōtentus fue-
 rit, nec de incremento, ut coniūcere licet, ullo
 cogitarit: quātominus emphyteutæ tale incre-
 mentum futurum se persoluturos putarunt? cū
 nec cēsum augeri ex in posse arbitrati sint: quo-
 niam alioquin nō solum numos aureos, sed etiā
 illorū pretium in contrāctu expreſſissent. Quā-
 uis ipsius contraētus tempus, vel illorum nu-
 morum commercialis usus, quo tunc tereban-
 tur & communiter excipiebātur, sat certō eo-
 rumdem pretium indicabat. Ratum interea
 iniicem habentes id ipsum per alia monumen-
 tis mandata notum fore in perpetuum. Qua-
 mobrem & illud tacitum tanquam necessario
 sub intellectū pro expresso habebitur, ac proin-
 de emphyteutis liberum erit numos aureos, vel
 eorum pretium, cuius tempore contractus erāt,
 persoluere ut cōductōr ille, de quo pro obiectio-

i. cap. con-
 tractus de
 reg. iur. in
 sexto & lea
 lege ff. de
 condict. o b
 caus. dat.
 &c.

ne, fuit exemplum propositum. Item vice verfa idem exemplum accuratius perpendentes sanoq; iudicio examinantes, illum conductorē rem in specie, nempe suem aut pecudem eiusdē quantitatis ut pōderis, siue magnitudinis, qualitatis vel bonitatis, cuius tempore contractus erat, persoluere semper teneri demonstrabimus. Quādoquidem contractus ille non ita, nec pertalē disiunctionem peractus fuit: videlicet ut, vel suem vel pretium decem librarum liberū esset soluere, sed suem usque ad valorem pretiumue decem librarum: quod inquam pretiū eo potius adiunctum videtur, quo suis vel pecudis certa determinaretur quantitas, & definita qualitas prescriberetur: quām ut ipsa summa decem librarum, non res ipsa persolueretur. Quocirca nec summa illa pro contractus illius mensura proximè per se, nec absolute haberi potest: sed tantum pro indice vel medio illius rei quantitatem & qualitatem indicāte: ut quae quantitas & qualitas vera & propria mensura ipsius contractus esset, secundum quā res ipsa, ut potes vel quid simile,

nō illa decem librarum summa soluenda per-
petuo sit: ac præsertim talis quantitatis & bo-
nitatis, qualis tempore contractus erat, ut per
illam dictam librarum summam designatū
aperte videbatur: quod si quis & hinc tale in-
comodum trahat, quale pro emphyteutis du-
citur, ut illius rei nempe suis, pecoris aut alte-
rius pretium tam excreuerit, quo si in specie
persoluatur, ut pote huiusmodi qualitatis &
quantitatis, cuiusmodi tunc erat conductorem
tantum peressurum fore incomodum quā-
tum ferre nec posset, nec æquum esset. Nos
autem huic incommodo occurrētes & hoc
remedium adhibebimus, quo conductor ille
vel conductionem deserat, vel contractum
renouet, aut saltem cum suo domino illud
grauamen & damnum ita componat, ut
non tam acerbè ledatur propter rei valo-
rem plus quam parsit ad auctum, quid? & si
dominus directus eodē remedio pro argumen-
to uti vellet contra suos emphyteutas? respo-
endum erit longè aliter rem sese habere inter
hosce & illos tam in contractus quam & in
rei

rei persoluēdæ ratione. Quoniam emphyteusis
vt plurimum perpetua: quo e& maius damnū
inferret: locatio vero e& cōductio s̄epius tem-
poralis vt eius contractus immutari ad tēpus
poſſit. Præterea res ipsa ut ſus non tam in fu-
turum ſuo pretio augeri poſteſt, quām de numo
aureo fieri ſolet, ut qui in dies excrescat e&
nunquam fere decrescat: at cōtrà ſus e& aliae
res huiusmodi vel merces pro varietate tem-
porum e& locorum modo carius modò & iliū
emuntur: aureum vero numum ſemper e&
apud omnes maiori in pretio fore vel ex eo
facile colligere licet, quōd nunquam pene de-
creuerit, ſuoue pretio imminutum fuerit, ut di-
ctum, ergo. Verum tamē ſi idipſum in emphy-
teutas retorqueatur hoc pacto: quemadmodū
conductor ſuem in ſpecie pēdere tenetur, ſic e&
emphyteutæ aureum numum. Denuo reſpon-
dendum proxime illatis rationibus iam huic
refragationi ſatisfactum fuiffe, videlicet ma-
ximo illo diſcrimine quod eſt tam inter con-
tractus illos diuersos, quām inter res illis con-
tractibus expressas: tu e& res illa ut ſus quā-

titate sua & qualitate constans, quæ per sum-
mam illam decem librarum indicabatur, pro-
prie & per se illius contractus mensura erat,
ut dictum est: at numerus aureus in emphyteusi
non item, imo vero eiusdem pretium contra-
ctus tempore usi receptum pro ipsius mensura
habitum fuit, ut suo loco latius demonstratur.
Quapropter iam non amplius valebit argu-
mentum ex eo desumptum, sicuti nec ex tritico,
vino, oleo & cæteris similibus rebus commer-
cialibus: in quibus estimatio mutationi obno-
xia est merum accidens, nihil habens commune
cum substantia rei in numis vero eiusmodi
valor impositius est proprium substantiale
ipsius numi, utpote forma illius quatenus pro
mensura contractus habetur, quæ immutabilis
proculdubio remanet saltem in uno ac eodem
contractu: alioquin vagus & anceps ac proin-
de dolosus plane esset, haec tenus in quartum.

IN RATIONEM QVINT.

Nunc vero & quintum diluamus argu-
mentum ab argenti vel auri massa in formâ
aliae simili re, ad formatam pecuniam de-
sumptum

sumptū. Quod e& si prima frōte valde vrgere
Videatur, ipsoſq; emphyteutas maximē preme-
re, facili tamen ratione ducta ab ijs que de vi-
aut energia numi a nobis demonstrantur bre-
uiter dissoluetur. Et imprimis tota integraq;
hypothesi concessa si tandem, ut in ea dictum
est, acciderit tale numi incrementum, e& per
consequens oppositum huiusmodi massæ decre-
mentum, quo amplius diminui nō posset, nisi
in nihilum penè reduceretur: tunc dominus di-
rectus nec amplius massam, nec illius particu-
lam exposcendam haberet, sed tantum eius
pretium, cuius tempore contractus erat, quauis
moneta modo currenti, ut vocant æstimatū
iure sibi persoluendum nihilominus petet. Illa
enim massa, non quatenus massa rūdis & in
formis, aurea vel argentea pro modulo siue
mensura in tali emphyteuseos contractu pre-
scripta fuit, sed quatenus talis pretij erat. Quā
doquidem & illud pretium pro forma essen-
tiali ipsius massæ habebatur ut per quam ip-
suis contractus mensura fieret: esset, & dicere-
tur (uti de numo latius dictū est) in sequen-

tibus alia suo loco) alioquin multo maiora
absurda grauioraq; incommoda procul dubio
sequeretur, videlicet ut dominus toto suo cen-
su aliquando priuaretur, vel alias emphyteu-
tæ multo maiorem censum illi penderent, quā
fundi prouentus valeret, vel etiam censu to-
tius proprietatis pretiū ita excederet, ut ipsi
emphyteutæ fundum deserere, crebro cogeretur,
idq; non sine magna iniuria qua domini suos
emphyteutas in dies afficeret, at si illius pretij ra-
tio tā in numero quā in massa vel numismate,
quod Medaillie galli vocant aut alia quauis
re simili ut dictum est, retineatur semper
quabilitas secūdum iustitiam seruabitur, iusq;
suum cuiq; reddetur, ut poste emphyteuta suos
fundos predia et agros pacatè posidebunt, eoru-
demq; fructus sine cōtrouersia colligent, & illis
iuste fruentur: tum et dominus directus alia
ex parte suum censum solitum inq; contractu
designatum unum & eūdem perpetuo ac iure
cōsequetur. Et huic conclusioni suffragatur To-
losani senatus decretū in simili cōtrouersia da-
tum T olosae die 27. Martij 1577. infra relatū

contra

contra duodecimum argumentum circa finem
commenti huius.

CONTRA VI. RATIONEM

Quare & iam ad sextum progrediamur
argumentum ex eadem fere re aut parudissi-
mili effectum à numismate scilicet aliquo non
pro numo habito, sed pro eo quod galli Me-
daillie vocat, quod ex certo quiodam metallo
præciosiori, ut argenteo vel auro, sub certa qua-
dam forma vel figura conflandum ad aliquem
prouentum sive censum persoluendum ex hypo-
thesi præscribatur: de quo idem iuris, & eodem
fere modo respondendum, quo de massa in
formi paulo supra idq; præsertim si ex tali me-
talloyt auro (quod pretio augeatur ut dictu)
confleari ex contractu debeat. Nam cum nu-
mus eiusdem materiae pretio excrescit, quicquid
ex illa materia ut auro conflatum, & si non
omni vel omnino simili, saltem aliquo modo
etiam augeatur ut penè idem de eo consequatur
quod de numo dictum est: item de torque au-
reo exempli gratia vel calcaribus argenteis pro
censu persoluendis: etiam si numi aurei vel ar-

gentei

genti pretio excreuerint, quid iuris? nonne eædæ
res ipsæ ex eadæ materia cōflatæ iure persoluē
tur, præsertim si ita inter cōtrahentes conuenit?
minime gētium. Quoniā & præter ea quæ de
tali numismate illo dicta nuper sunt, quæ qui-
dē hisce etiā rebus respōdet & hoc insuper ani-
maduertendū: Quod cū tale aurei vel argētei
numi incrementum in ratione pretij, non tam
illius formæ vel figuræ, quam & eiusdæ ma-
teriei ratione accidat, ac proinde res omnes ex
eisdem materijs compositæ pretio etiam mani-
festè augeātur quadam proportione & simi-
litudine omnia ad numi rationē, iam copiose
discussam sane redibunt. Ut enim incrementū
illud à numo primum cepit exordium, deinde
& ab illo manans ad suam fluxit materiā,
à qua posthac relatum est, seseq; tandem ex-
tendit & ad omnes res ex illa conflatas: sic
ergo & res ipsæ earumq; pretium mensura &
ratio ad numi, quatenus mensura est, rationē,
dubio procul reflectentur. Eodem igitur pacto
de hisce & omnibus alijs similibus sibi inuicem
quadam proportione, ita correspondibus di-
cendum

cendum erit. quæ sit autem illa numi ratio sa-
tis super que ex superioribus licet facile collige
re. Hæc ergo satis contra sextam illam ratio
nē ne eadem sèpius quàm par sit inculcemos.

CONTRA VII. RATIONEM

Porro & illud pro domino directo argu-
mentum desumptum ex l. paulus ff. de solut.
& lib. omnium quod videtur maximum, iā
modo dissoluendum venit. qua lege præscrip-
tum est creditorem non esse cogendum in alia
formam numos accipere, si ex eo damnū pa-
surus sit. In quod primum animaduertendum
quod & si dominus et emphyteuta iniucem
quodammodo ita se habeant, ut creditor cū
debitore, maximū nihilominus inter hosce et
illos discrimē esse, imo verò et huiusmodi quo
dominus nullo penè modo tale argumentū ex
ista lege elicere recte possit, nisi forsitan oblique,
vel nimis generali sue indistincta ratione:
quod iure verè ac propriè non licet, nisi ex sum-
mo iure iniuriam aperte trahat ad cuius de-
monstrationem hanc casum fingamus.

Creditor aliquis centum numos aureos in

M

specie debitori mutuo dedit, et in cōtractu mu-
tui eosdem stipulatus est, idque expressè per in-
strumentum constat: quamobrem & iure eos
dem ipsos sub eadem specié præscripto solutio-
nis tempore exposcere vel repetere creditor po-
terit: idqne semel (quod nontāndum quia do-
minus directus quotānis repeteret) tum ratio-
ne lucri, quod ipse creditor suis numis sibi con-
seruasset, quæstumq; fecisset, pensata semper cō-
trahentium intentione mente ac voluntate
(quæ quām in alterutro nempe in emphyteu-
si vel mutuo differant, facile quisque dignosce-
re poterit ex ijs quæ supra dicta sunt de mu-
tuco contra rationem tertiam) quum etiam eo
quod si creditor suos numos illos aureos penes
se retinuisset ad tempus illud usque, quo eorū
pretium audauētum extitit, eo lucro ipse poti-
tus fuisset quo debitor, qui toto illo tempore hu-
iusmodi numos habuit & usque ad solutionis
tempus retinuit, quo numorum incrementum
interuenit.

Econtra vero (ut maximum illud ag-
noscatur discrimen inter hoc ex hypothesi da-
tum

tum mutuum & emphyteusim) dominus directus non huiusmodi numos aureos, sed agros colendos, ut barbari loquuntur, meliorandos suis emphyteutis dedit sub certi alicuius pretij censu, numi illius temporis commercialis pretio pro symbolo accepto, ut cuius valor esset illius census estimatio & mensura (sicuti & domini & emphyteutarum mens erat) non numerus ipse, siue eius valoris mutatio: alioquin tale illius incrementum accidere posset, ut non solum possessionum valorem excederet, sed etiam si in dies ita excresceret, penè in infinitū tandem abiret.

Quare & merito nec adhuc emphyteutas alios reperiret, qui agros colebos in feudum sub tali maiori pretio in ratione census reciperent, quam fructus ex illis capere possent. Et minus sub dubio & simili fortunae euentu qui de numeri incremento accidere posset. Tum si dominus directus emphyteusim non peregisset, quo usque numerus ille sic adactus fuisse t, ut nunc est, nihil frigi ex illis fundis suaq; directæ, ut vocant, possessionibus percepisset, nisi forsitan

agros ipse vel per alium coluisse. Itaque non
eosdem numos dominus directus ab emphyteu-
tis, ut creditor à debitore repetere potest, sed
idē illud tātū pretiū, cuius tēpore cōtractus nu-
mō erat, ut dictū supra, cū multo maior sit in
ter hosce discimilitudo, quā similitudo sicut in
tertia ratione latius discussum. Quamobrem
et si lex illa paulus tali aut simili creditorī
fauere vīcūnque appareat, isti tamen domi-
no directo nihil, aut minimum omnium con-
ferre aperte videtur. Quinimo contra cogendus
ipse est in aliam formam numos accipe-
re, dummodo idem illud pretium habeat sub
aurei numi descripti nomine latenter expres-
sum, ut tam ex dictis quā et alijs quae æqui-
tas ipsa naturalisque ratio dictant, clare pa-
tet. Et minus Oberit quod quis pro domino di-
recto rursus inferet, videlicet quod non solum
quantitas summae resultantis, sed etiam species
ipse numeratae seu earum qualitas sunt in di-
spositione. Si quidem concedatur quod sint in
dispositione quantum ad hoc scilicet ut sors nō
debeat reddi in qualibet cuiusvis vīlis monetā

mate-

materia, vel etiam in æquæ bona materia,
sed specie formâue exotica, id est peregrina &
aduentitia, vel quæ non ita facile expendi
possit in præjudicium creditoris, sed ut sors de
beat reddi in similibus & æquæ cōmodis &
permutabilibus speciebus, non autem certus eæ
rum numerus in dispositione videri debet, nec
ullo modo hic esse potest in præjudicium de
bitoris. Quandoquidem nec huiusc legi pau
lus sanctio præcipit aut vult debitorem teneri
plus soluere creditori, quam ab eodem accepe
rit, quod contra omnes leges, æquitatem atque
rationē certo esset. Atqui hoc tale accideret,
si tot numi pretio aucti persoluerentur: quo cir
ca iniquum, quare nec tenendum, imo verò il
lius legis dispositio eo solum tendit ne creditor
damnum patiatur debitum alijs speciebus reci
piens, quam obligatione pactum inter ipsos con
uenitumue sit: ut exempli causa, si creditor ille
fuerit mercator aliquis aduena, cuius pluris in
ter sit, numis potius aureis debitum sibi pendi,
quam moneta, ut solidis vel quadrantibus:
quippe cum aurei numi faciliori vectura, ac

lon-

longinquius asportentur, quam ærei: tum
 apud se frequentiori in commercio habeatur:
 is inquam cum suo debitore conuenisse: ac ita
 pepegisse iure potuit, ne cogeretur alijs numis,
 quam quibusdam certis aureis suum debitum
 recipere, quod pactum, siue talis inter ipsos co-
 uentio apprimè seruari debet: alioquin creditor
 ille detrimentum pateretur, ut ex data hypo-
 thesi facile quisque videt. Veruntamen si à te
 pore contractus huiusmodi numorum aureorū
 pretium posthac nempe tempore solutionis au-
 etum fuerit, tale augmentum è numis in sum-
 ma persoluenda deducetur, idque prælibatis ha-
 etenus rationibus, que dictæ legi nō aduersan-
 tur: dummodo illius textum sana mente &
 ex equitate interpretemur, videlicet quando
 in aliam formam numorum solutione facta
 non tantum creditor soluitur, quantum ipse
 accommodauit tempore contractus: tunc in-
 quam creditor non est cogendus numos in alia
 formam accipere sin autem tantundem acci-
 piat, quantum dedit, id est valorem equipole-
 tem, nullum damnum patitur, nec interesse a-

liud

liud ex eo consequitur, dummodo eadem summa aureis numis, & si non tot quot ipse præsttit, sed totidem quot summam talem suo incremento efficiant, sibi persoluatur, non autem alijs numis, ut inter eos conuenit propter creditoris dictas commoditates: imo vero debitor cogendus est eandem summam similibus numis, nempe aureis pendere: qui si aucti fuerint tempore solutionis pro incremento tot numeros aureos è numero simili sibi dato detrahere poterit, quot illo incremento summam excedet & equiualeant, & reliqui summam integrum efficiant, qualem illi numi conficiebant, quos tempore contractus acceperat & ita iudicatum senatus decreto parisiensi fuit anno 1538.
Martij 28. Postremo nec refert quod quis de nuo pro domino allegare posset tale numorum aureorum augmentum extrinsecum, quod va lorem dicunt, prouenire ob deteriorationem, hodiernæ monetæ: quamobrem & iniuria ipsi creditori fieri videretur, si ei imputaretur tale augmentum extrinsecum detrahendo de numero antiquo aureorum, non supplendo in trinse-

trinsecum eorum valorem antiquum propter monetæ depravationem. Etenim hoc quidem ita procederet, ut aiunt doctores, vel sic verū esset si aurei deberentur per se absolute, nō autem quando sub ratione certa quantitatis & summæ, quam tempore contractus conficiebāt, & quæ postea excedi non potest secundum ea quæ supra copiosius discussa sunt. Itaque iam satis esse constat si creditori eadem summa per soluatur, præsertim in mutuo cum tali stipulatione concessa, qualis proximo superiori casu proposita est. At in emphyteusi lögè aliter res certè se habet. Quocirca & perperam illud argumentum septimum ex ista l.paulus ff. de solut. pro domino assumebatur.

Quod si nedum omnibus ius nostrum profitentibus ita videatur: subtilli ratiocinatio ne id ipsum paucis confirmabimus indissolubili argumento ex hac eadem l.desumpto dominum directum proprius urgentes hoc pacto: per dictam l.paulus dominus iste directus, nō vult cogi numeros pro suo censu in aliam formam accipere, quinimo eosdem tot & tales, qui quot

& quales in emphyteuseos contractu exprimuntur nempe solatos aureos quadraginta boni ponderis cuni & legis regis Franciae &c.
Verumtamen & si solatus iste aureus, qui in presentiarum, videlicet tempore solutionis usum teritur, & in commercio quotidiano premanibus habetur gentilitijs insignibus, & cruce floribus lilijs, corona regis Franciae materia & pondere illi penitus similis appareat, qui tempore contractus emphyteuseos in commercij usum communi terebatur, quiq[ue] in dicto contractu expressus fuit, nihilominus si ipse adhuc sua essentiali bonitate (quam alibi valorem esse demonstramus) ita auctus ac omnino aliis atque diuersus clare videtur. Idque ad similitudinem eius quod Vlpianus nobis scriptum reliquit de iure naturali, cui cum romanorum legibus aliquid additum vel detractum fuit, quamuis naturale remanserit, non amplius tamen naturale dictum est, sed ciuile, sic & ipsius scuti solati valoris incrementum facit eundem dispare a se ipso obligationis ex solutionis temporum collatione: ita ut facta om-

L. ius ciuile
ff. de iust. &
iur,

N

nino alius esse videatur: quamobrem & nunc dominus directus eosdem tot & tales solatos exposces, diuersos plures & dissimiles exposcere aperte videtur. Namque primo diuersos ac sibi ipsis dissimiles ob pretij mutationem quis non videt? plures autem non solum tot quot in contractu expressi erant, patet: quandoquidem nostrae huiusc tēpestatis talis quadraginta solares aurei suo pretio plus dimidio aucti efficiunt octoginta vel etiam plures illius temporis, quo peractus emphyteuseos contractus fuit: unde dominus directus plus petere, quam illi promissum sit luce clarius videtur: quod iure minime licet Quapropter & lex illa paulus multo aliter interpretāda venit, & præsertim ista eiusdem particula in aliam formā numos accipere, hoc est in aliud pretium Nam siue diminutum fuerit, siue accentum in monetæ speciebus, nihilominus tamen semper idem persoluendum nulla ratione habita ipsis materiei, nec pretij in hoc vel illo numero mutati, quinimo quibusvis pecuniae speciebus talem summam efficientibus idem perpetuo

tuo

tuò soluendum, id est eadem summa in contra
ctu tacitè vel expressè contenta creditori pen-
denda. Quocirca contrahentes in oppositū pas-
sisci nequeunt, videlicet ut debitor huiusmodi
scutorum species maiori pretio soluere teneatur
quam eo quod lege iam inditum ijsdem specie-
bus tempore contractus erat. Omnis si quidem
numi pretium l. impositum publicū dicitur,
ut quod a magistratibus imponi debeat, non
autem ab ipsis priuatis hominibus, quibus id
ipsum sub capit is pœna est interdictum. Quan-
doquidem ipsis numis valor impositus est, non
tam ad priuatorum utilitatem, quam ad to-
tius reipub. cōmodum, cuius maximè interest
suam stare autoritatem, qua pecuniae valor
perpetuus remaneat.

I. I. ff. de con-
trah. empt.
& vend.

I
d.l. I. ff. de
contrah.
empt. &
vend.

CONTRA VIII. RATIO.

N E M.

I am ergo & haec satis haec tenus in d.l. pau-
lus contra septimum argumentum ex ea de-
sumptum nūc igitur & iam octauum eodem
modo confutemus argumentum de agrorum
eorundemque frugum aucto preio pro numi

N 2

incremento iure etiam inde petendo , cui emphyteutæ occurrunt, & verum fatentes respondent fertilitatis , vel frugum pretij augmentum non domini directi beneficio, neue ex agris ipsis per se absolute & simpliciter prouenisse, sed primum & præcipue dei opt. maximi munificentia & gratia: secundo vero agricolarum videlicet emphyteutarum opera & labore. In quibus & multo maiores nunc sumptus impeditunt, quam priscis illis temporibus. Quandoque dem & maiora dantur seruis stipendia tum oues, boues , iumenta , &c. Ut instrumenta omnia adagros colendos necessaria, quum & ipsorum uestes vel indumenta pluris etiam multo in dies veneunt : ac nihilominus super eos non solum census ipsis, sed & etigalia , quæ plurimaq; tributa alia non tantum aucta impomuntur, quum etiā imposta in dies iure vel iniuria augētur: ita ut multo satius atque utilius ipsis vassallis sue fendantarijs, vel subditis foret agros & fruges in pristinū redire pretium, dummodo tot ab ipsis tributa census & etigalia, eorumq; incrementum humeris iā suis

suis intollerabile auferretur, ut populari etiā
indicio vulgarine ratione quisque p̄e oculis
cernit.

Quod ut accuratius legibus confirmetur
cum recentioribus iure consultis hypotheticam
demonstrationem faciamus. Ioannes anno
1536. Petro sua p̄ediat oppigneravit quinqua-
ginta francorum annua pensitatura: vel ut
quidam alij doctores loquuntur, sub huiusmodi
fundali censu sese illi quinquaginta frācos an-
nuatim persoluturum obligauit. Et si illa obli-
gatio executioni mādeatur anno 1577 talis exe-
cutio qua Ioannes ille Petro quinquaginta li-
brarum summam soluere cogitur intelligitur
fieri debere secundum pretium fundorum, vel
pro eorundem valoris ratione cuius erant tē-
pore obligationis, nempe anno 1536 non anni
1577. Quandoquidem si valor annualis ipsius
prouentus p̄ediorum animaduertatur, in solu-
tionis executione tempus obligationis potius re-
spicitur, quam tempus illius executionis: nam
ut certo intelligatur quid et quantum obliga-
tione ipsa iure debetur tempus dispositionis in-

Consilio pe-
nultimo in-
cip. coram
vobis lib. 1.
arg. l. vxor
S. testamēto
ff. de legatō
l. aurelius S.
testamento
ff. de lib. le-
gata.

94

De solutione Canonis

spiciendum esse notat Bald. Quamuis illorū prediorum quantitas siue magnitudo quæ pro tali quinquaginta librarum pensitatione dabatur, nunc anno videlicet 1577 censui cētum quinquaginta librarum equipolleat et ita decreatum fuit arresto parisensi anno 1544 quod illud octauum iam claudit argumentum. Quo circa et modo ad nonum euertēdum iam properemus, quod illi rationi sat late supra discussæ refragari videbebatur, qua conclusum ante fuerat numū vel eius pretium mutari nō debere: cū tamē mutetur tam Principis auctoritate, quæ ratione non caret, quā ipso etiā frequenti usu ac ferè omnibus impræsentiarū libero

CONTRA IX RATIONEM

Dubium autem huiusmodi ita dissolui-
mus si unus ille aureus (de quo sub hac nostra
facti specie controversia haec est) unicus apud
nos siue eosdem ipsos qui de illo litigarunt in
usu semper fuisset, et nunc is idem etiam tam
tum esset absqueulla alia monetæ specie im-
mutabilis sane ac iure foret, tanquam sola
et unica norma rerum omnium per contra-

Etus

Etus communicandarum de qua latius supra
sed quoniā aliæ fuere & sunt monetæ species
etiam pene infinitæ ut minutiores quibus non
solum res commerciales sed numus etiam ille
aureus æstimari posset, hinc nec ingens valde
incommodum videbitur: Si huiuscēnumi pre-
tium immutetur: cuius tamen mutationis ra-
tione non amplius interim pro tali mensura
habebitur numus ille, de qua supra, imo vero
eius pretium cuius tunc erat, cum contractus
per eum fiebant, hanc mensurā di vim usur-
pabit, ac retinebit, ita ut & alia monetā illi
pretio proportionali æstimetur ac persoluatur
tale illud pretium, non numus, ut qui amplius
huius vel illius rei aut contractus regula non
sit, idque potissimum argumento eius, quod cū
francum vel libram exempli gratia cussam
id est conflatam sive fabricatam non amplius
habeamus (quamvis interdum & olim cude-
rint) hæc tamen vel eius valor aliâ monetâ
ut viginti solidis expressus ut plurimum pro
communi mensura in omnium ferè rerū æsti-
matione & pretio habetur. Et rursus hæc ea-
dem

dem ad diminutionem descendendo esse vel
solido estimari solet: solidum autē duodecim
denarijs, ut etiā denario res minoris vel mi-
nimi pretij tandem estimantur. Hinc ex ex-
hypothesi concedatur, quod ut libra illa non
amplius cuditur, sed solum eius pretium retine-
tur, alijsque interim numis (ut solidis, quadrā-
tibus, sextantibus, vel denarijs) mēsuratur sic
nec solidum vel as nec denarius ille neue te-
runcius amplius cuditur. Et contractus quarū
dam rerū peractus fuerit tempore usus ista-
rum monetarum: pretium vero rerum nūc sit
persoluendū an tot asses sive terūcios &c. qui
vel imminuti vel aucti etiam ita exoleuere
ut iā nullius valoris & pretij sint, aut si quis
malit, non ex in vel iam diu ut diximus, cu-
dantur amplius, nec interim ulli tales modō
reperiantur: sed alius huiusmodi ita inualuerit
usus ut alias monete species dictarum vicem
penitus subiuerint: an tot asses inquam terū-
cios, aliosue dictos nummos in cōtractu quidem
expressos persoluere nihilominus oportebit? imo
vero ut recta ratio atque aequitas aperte di-
ctare

Et are videntur illarum pretium per præsentē monetam illi priori proportione respondentem pendere satis erit. Quemadmodum Clasomenij debentes militibus stipendium viginti talenta (ut apte prisca inter socraticas leges narrant) & dare non valentes pendebant scenus ducibus annuè quatuor talēta. Quum autem de antiquo debito nihil deduceretur, sed semper frustra consumerent: percusserunt numrum ferreum quod argenti haberet rationē viginti talentorum. Deinde dantes ditissimis ciuitatis cuilibet suo ordine, argentum ab illis receperunt æquale. Quare priuati habuerunt ad quotidianos usus impensas, & ciuitas a debito liberata: secundum vero ex prouetibus illis scenus restituerunt, semper diuidentes unicuique in parte dabant: illi autem ferreos nummos reportabant. Nec minus aptum illud quod de Dionysio Syracusano fertur, qui cum interdū aliquando non abundaret argento: Numum percussit è stanno & contionem vocās multa super laudato numo dixit: Syracusi vero cum eo decreuerunt, quamuis etiam nolleat, ut quis

que haberet tanquam argentum, non autem tanquam stannum. Quod & si impræsentiarum aliquid omnino tale non accidat, tamen ex his duobus exemplis idem sequi videtur, quod semper unum & idem pretium erat, ut antea dicebamus quamvis moneta immutata fuerit, & una alterius vicem subierit sicuti & nūc de libra francoue iamdiu fieri solet ut qui cum nō extet, aliā monetā persoluitur. Et ita hæc pro illius mensura habetur & Frācī rursus pretium pro maiori & communi rerum aliarum commercialiū norma, mensura, pretio, estimatione ac regula nihilominus obseruatur. Insuper & dominus directus interea hoc uno verbo refragabatur. Numus ille aureus in contractu expressus tam facile etiam impræsentiarum reperitur, ut in frequentiori sit usu, quam olim illiusue contractus tempore idcirco nec emphyteutā eo excusari posse. Adenuo & eidem argumento vel renouata obiectioni etiam paucis satisfiet, si paulo attentius & accutius que de numi proprietate vi atque energia, qua aliarum rerum regula dictus est,

est, deque eiusdem existentia, & mutatione proximis hypothesis demonstrata sunt, a quo animo perpedamus. Nā & si numus aureus ille solaris, ut vocat, in contractu illo emphyteuseos expressus facile & adhuc reperiatur, nō tamen illius contractus vel cēsus solutionis amplius regula esse potest, idque ob sui mutationem nempe incrementum, quinimo primum eius premium (cuius tempore contractus erat) per aliam monetam regulæ locum subit ut ex supra discussis aperte colligere licet tum & alioquin quod definitū in suo ipsorum contractu partes contrahentes existimabat, ut coniçere facile est, in definitū illis & eorum posteris continuo foret. atqui ita sub dubio cōtraxisse euēt suos nimis variæ fortunæ, vel casui tantæ mutationi obnoxio commitentes credibile non est. quia nec verisimile si eorum mentes sano perscrutemur iuditio, ut qui non sui solum, sed & suorum posteriorum commodo studere & consulere valuerint, incommōdum vero etiā omne quantum licuit, vitare àque tali detimento ac damno sibi & suis cauere dubio pro-



cul optarint. Omnes vero contractus potius ex intentione sive mente contrahentium, quam ex nudis alicuius contractus instrumenti verbis sunt interpretandi^{1.} Ergo et istud emphyteuseos instrumentum non ex numeri verbo, sed ex mente eorum omnium qui contraxerunt, exponendum est: idque ut aequitas potissimum cum legibus prescribit. Ceterum ut quae ad numeri mutationem et eius consequentia pertinent, iam concludamus, sat ratum ex hac tenus disceptatis arbitramur numerum, quo regula est, in uniuersum mutari non debere. Cum vero tot et tantae sint iam eius species, quadam ratione sive commoditate numerus aliquis, ut maior sive ille qui in maiori pretio habetur ut aureus, mutari absque magno discrimine potest: dummodo numerus alter vim et energiam res ipsas scilicet commensurandi subeat, et mutationem illius sic emendet, ut si unquam ille aureus numerus pro mensura habitus fuerit, priscam illam eius mensuram in ratione pretij retineat, et nullomodo illius augmentum vel diminutionem respiciat, quo dolum omnis, et fraus

^{1.} Argumēto
legis cū vi-
rū. S. i. C. de
fideicomis.
I vbi. S. te ro
go ff. ad Tre
bell. I. nō ali
ter de leg. 3

que

que alioquin sequeretur, et medio tollatur, ut
hic ac proinde multo exin satius esse semper
videbitur, ut omnes contractus, & in his re-
rum estimationes non amplius per numū ali-
quem mutationi obnoxium, sed per alium im-
mutabilem ut veram regulam siue rectitudi-
nis ac aequitatis normam fiat, aut saltem per
preium quoddam certum & definitum, ut
illud per libram vel francū significatum, alijs
interea numis mensuratum, ut quibus perpe-
datur, ac ex aequo persoluatur. Quo respiciens
antiquis ille noster francorum rex Philippus
pulcher cognominatus anno ab orbe redempto
millesimo trecentesimo undecimo talem ordi-
nationem hisce verbis sanciuit. Ceterum quia
mutuantes plures in fraudem & surarum pe-
cunias vendunt, vel cambiant & in contra-
etu conuentionum adjiciunt ut solutio debiti
eis fiat in alio valore, vel alia pecunia, quam
sit illa, quam tradūt, volumus quod nullusteneat
solvare, nec quis creditor præsumat exigere
vel recipere in eo modo pecuniae traditæ, per
eum vel alios debitum in maiore valore,

quam in valore pecuniae traditae, quantum videlicet valebat & currebat communiter iuxta ordinationes nostras tempore contractus, et quo pecunia tradita fuit: & si forsan contrarium sit cauendum; talis conuentio ipso facto sit nulla. Quae ordinatio regnate magnanimo Francisco primo galliarum rege repetita sue ratificata fuit: tum denuo ab inclyto eiusdem filio Henryco francorum regé Christianissimo renouata & paucis additis vel immutatis rursus sancita: qua tanquam edicto cauit in uiolabilique constitutione ordinavit, ut exinde omnes contractus non amplius per aureos numeros tanquam mutationi obnoxios, sed per francos sue libras illarumue premium (cum illa amplius uon extent) tanquam durabile & ut vera immutabilique norma permansurum fiunt. Quod quandiu durabit riteque obseruabitur, tandiu pax in ratione numi sine lite erit, nec fraudi huiusmodi ue dolo amplius dabitur locus, ac proinde cessabunt omnes circa id ipsum controuersiae. haec ergo iam satis de numi varietate vel mutatione: nunc reliqua ad causam

haec ordinatio siue dic
tū henrici
regis pro
mulgatum
fuit anno
1551. die 8
iulii cū præ
cedenti à
Papono ci-
tatū & sux
quæstioni
accomoda-
tum, supra
arestum se-
cuudū tit.
lib. 10

initio

initio propositam spectantia prosequentes iam argumento dicimo respondeamus quod ex lege contractus quidam. ff. de reg. Iur. depromptum est, qua quidem cautum est, adque definitum in omnibus obligationibus spectari quod inter partes conuenit: legem enim contractui dedit, ergo et in emphyteusi qua conuentum est tot aureos numeros, quos solares vocamus singulis annis ab emphyteutis suo domino persoluendos.

CONTRA X. RATIONEM.

At idipsū Papinianus propriis verbis expressis que terminis clare dissoluit. ^{i.} in pecunia inquit contrahentes non corpora cogitent sed quantitatem, hoc est valorem et pretium tunc legē impositum. Quandoquidem pecunia in conventionibus semper intellegitur non secundum materiale corpus sive metallū ex quo coflata est, sed tantum ad valorem sibi impositum respicitur. Nam si in obligationibus pecunia non secundum valorem impositum consideraretur, sed secundum materiale corpus suum ut numerus solatus quem vocat, si auri, ex quo coflatus est habetur respectus et ratio materiae, non valo-

^{i.}
1. si cui numeros § 1. ff.
de solut.

ris aut pretij obseruaretur, id contra dictam legem profecto esset. Quocirca & si contrahentiū unus alteri numos aliquot aureos tradens cū huiusmodi stipulatione vt sibi totidem & similes tempore præfinito reddantur, idq; non expresso earum specierum valore, nihilominus tamen cum earumdem valor vel pretiū in lege comprehendatur, siue lege ipsa stabilitū sit in partium etiam conuentione intelligi necesse est: & tam pro expresso haberi debet, vt nec ipsa expressio, si exprimeretur maius aliquid operetur, neue efficiat, quā tacita subauditio. Nihil enim hæc res mutat conditionem iuris & constitutionem vt ait Seuerus Imperator I. non recte C. de fideiuss. unde & doctorum Theoria vulgaris & fermè apud omnes triata, desumpta videtur: qua quidem obseruatur vt sub intellecta expressio eius quod in contractu siue instrumento suapte natura vel siue materiae qualitate tacite continetur pro expresso declaratiōne haberi debeat. Quod Alciatus cū & tis contractibus aptat, hisque verbis accommodat. Quæ ad naturam contractus pertinēt

pro

pro expressis habentur. Cuius ratione centū solares aureos soluēdi obligatio talium aureorum siue scutorum habita ratione (qua per se solo valoris respectu consideratur) nihil minus continet, nec dissimilis est obligationi centum solatos aureos soluendi quorū singuli tres libras siue francos cum dimidio valeant ipsis valoris regia ordinatione imposita ratione servata. Quocirca et si illorum scutorum tale pretium impositum, vel tunc currens, ut vulgus loquitur, in obligatione non exprimatur, nec eo a contractu excluditur quinimo idem illud necessario intelligitur. Quandoquidem iam ex lege ipsa principisque authoritate imposita, et tanquam eiusdem ordinatione stabilitum pro expresso haberi debet quod confirmatur lege quae extrinsecus ff. de verb. oblig. nam nec tunc temporis aliud pretium huiusmodi scutorum usum terebatur.

L. aff. uade
ff. de condit
& de monte

Denuo superest ut occuramus huic obiectioni dictae regulæ legis contractus quidam ff. de reg. iur. ex altera parte respondentis, qua quis insuper refragari posset ab obligationis forma

ratiocinatione suscepta, hoc p[ro]t[est]o: si inter contrahentes tale pactū conuentum sit, quod ipse debitor nempe emphyteuta se ipsum sub hypotheca suorum bonorum obligauerit certum numerum scutorum aureorum, vel argenti denariorum in specie quadam præscripta domino directo, ut creditori, pro censu annuatim persolutur: nonne minus solutum videbitur si numerus et alium specierum stipulatione præfinitus in solutione integer non tradatur? verisimum primâ fronte videtur. Sed nos pro emphyteutis respondentes, quod et si multis ante discussis rationibus eidem isti argumento satisfactum iam videatur: nihilominus et adhuc quibusdam alijs vel alia facilitiori demonstratione rursus idem refutabimus. Et primo quod in eo contractu huiusmodi promissum cum tali stipulatione ab ipsis monetæ speciebus sive aureis numis ut scutis, et argenteis ut capitiibus, quæ testones barbari appellant, vel alorem vel pretium omnino tollit, quod tamē iure nequit, nisi et nummos ipsos è medio tollat. Siquidem numerorum pretium lege impositum est eorumdem

rundem forma substantialis, qua sublata & numus necessario tollitur, ut nec sit, nec dicatur amplius numus (vt supra copiosius demonstratum) & idcirco nulli contractus fieri debent per numerū certas quasdam species materiae seruata ratione sed solius pretij earundem respectu habito: cuius gratia numi pro norma in commercijs retinentur. Si enim huiusmodi pætio talem vim haberet, nulla incommoda se querentur contra numerorum naturam, tum & contra eorundem legē. Quia omnes contractus nullius momenti aestimari debet, in quibus numi exprimuntur sue materiae non pretij ratio ne seruata. Prætereat talis conuētio intelligi debet secundum præsentem qualitatē ipsius materiae subiectae, quæ illis monetæ speciebus aureis vel argenteis in obligatione contentis in est, & secundum valorem ipsis tempore contractus inditum, usque commerciali tritum: Quamuis post contractū talium monetæ specierum impositius valor principis authoritate auctus, vel diminutus fuerit, ut in simili notat Cina in l. ult. coll. 2. in l. opposito C. de

sent. pass. per l. i. ff. de in lit. iur. nam ex ipsius qualitatis materie subiectae et aliorum pro tempore iam indicatus est. Quapropter ex pacta coniunctio, qua talibus nummis aureis solutio fieri debet, intelligetur secundum eorundem valorem ipsis tempore contractus impositum: nec debitor ut emphyteuta ad plus prestandum tenetur; ut ad id quod actum est, inquit procurator, interpretatio redigatur. Quoniam et verba contractus referuntur ad tempus contractus, ut a Bartholo definitum est, et praevaricato tenetur in l. summa l. R utilia Pol. la, ff. de contrahenda emptione. Denique et conventiones omnes secundum contrahentium mentem ac voluntatem interpretari sane debemus. Nemo enim maiori promisso teneri, vel alteri plus deuinctus videri debet, quam ipse voluit, cum liber antea se se sponte obligauit: nec in eo consensisse iudicandus est, quod ipse ignorauit. 3. Alioquin debitor etiam plus solueret, quam re vera debet, et creditor plus acciperet, quam ipse dedit, vel quam ipsi debetur, id contra obligationem

¹
L. nepos
proculo f.
de verb. sig-
nif.

²
L. non om-
nis si si cer-
tum petat,

³
L. mater d-
cedes f de
inofisioso
test. l. nec ig-
norans, de-
donat.

naturam, quæ re contrahuntur. ^{1.} Nec obest fidei sanctimonia quæ in omnibus contractibus pactis & conuentionibus apprime seruari debet. ^{2.} Quippe cum sanctimonia illà tum in conuentionibus locum habet, quum omnia in illis comprehensa integra inqu eodem statu manent, in quo erant tempore contractus: si autem mutentur nec amplius illa sanctitas fideiue obseruatio locum habebit. ^{3.} Quemadmodū in mutuo si numi aliquot sub tali stipulatione dē tur, ut debitor qui mutuo acceperit totidē & tales numos reddat absqueulla valoris expressione, nec eiusdem futuræ mutationis respectu habito & tempore solutionis talium specierum valor mutatus fuerit si totidē & tales numi reddantur, proculdubio plus aut minus debitor soluet, quam acceperit, idqu contra ius omne & aequitatem. Si quidem obligatio nes quæ re contrahuntur, effectum manus non fortiuntur, ut plus reddatur, quam re ipsa receptum fuit. Quia nec re potest (^{4.} inquit Paulus iuriscons.) obligatio contrahi, nisi quantum datum est. Atqui in huiusmodi con-

L. si vnius
ff. de pactis
1. rogasti. §
si tibi ff. §
cert pet.

L. i. ff. de
pact. l. i. ff.
de const. pe
cun.

³
De quo plu
ra supra,

⁴
L. si tibi de
cem §. i. ff.
de pact.

tractu debitor tales numerorum aureorum vel
 argenteorum species absque ulla valoris aesti-
 matione recipiens. Nihilominus earundē pre-
 tium ut pote valorem tunc temporis curren-
 tem solum accepit, nec plus nec minus: Quoniā
 in commercio quo receptas a suo creditore
 talium numerū species debitor insumpsit, nul-
 la corporis siue materiei illarū specierum, sed
 solius valoris ratio habita fuit.¹ Quod & si
 illorū numerorum aestimatio posthac aucta fue-
 rit, huiusmodi incrementum alijs numis nume-
 roq; diuersis accedit, nō autem iisdem ipsis, qui
 a creditore in dicto mutuo numerati fuere, &
 à debitore iam consumpti atque eodem pre-
 tio occupati, cuius erant tempore contractus,
 non cum huiusmodi incremento, quod tū dein-
 de euenit. Ad quod contrahentes paciscendo
 minime respexisse facili conjectura credendū
 est. Nec ex eo fructus aliquis, nec interesse
 trahi videtur, quod tanquam ex principalis
 siue ipsius præcipui consequentia peti possit, imo
 potius id ipsum nihil aliud est, quam accidens
 siue quid aduentitium, quod nouæ vel recetio-

ris legis autoritate ita euenit, in obligatione
minime comprehensum. Quamobrem nec in ea
contentum augere potuit, sicuti nec decremen-
tum quipiam imminuere haudquaquam po-
test. Porro in annuis pensitationibus certis qui-
busdam ac determinatis numorum aureorum
speciebus praestandis tantum abest debitorē
condemnandum esse ad reliqua pendenda se-
cundum monetæ augmentum quod solutionis
tempore accidit. Quinimo & si obligatione pa-
ctum conuentum esset, ut cum usus venerit
huiusmodi numorū aureorum species (que ad
annuos prouentus occupatæ vel venditæ fue-
re) suo valore accrescere, debitorem teneri re-
liquationem soluere, & præcipui obligationem
ijsdem & totidem monetæ speciebus eximere
nulla ratione habita earum incrementi solu-
tionis tempore currentis, sed & cum tali incre-
mento totum, & reliqua pendere: huiusmo-
di conuentio inquam pleno iure nullius momen-
ti esset, imo potius usuraria, ac proinde illicita
iuste censeretur. Nam augmentum illud su-
perabundans apperte videtur ac supra sorte-

a creditore è loculis emissam transcendēs ma-
nifestè apparet. Ceterum iam omnibus cōstat,
vſuram iure canonico interdictā tum in con-
tractibus notari, quum inter contrahentes cō-
uentum est, plus soluendum esse, quàm traditū

C. vſura 14 fuerit, ^{1.} itemq; diuino, vt inquit diuus Hiero-
quest. 3.

^{2.} Libri vi ſu-
per Ezechia

^{3.} Et Chriſo-
ſtomas in
mahei ca-
put 21. qui
recipit vſu-
ras mortali-
ter peccat
quod etiā
probatur
eod. iure di-
uino videli-
cet exo di-
cap. 10. &
cap. 21 deu-
tero. & cap.
23. Ecclesia-
ſtici cap. 20

annua penſitationem datum soluendum esse
ſecundū pretij augmētiū, quod poſt obligationē
euenire poterit, nihil aliud eſt, quàm stipulari
plus reddendū, quā datum fuerit, ergo in tali
obligatione auctariorum ſive illam ſuperabun-
dantiam facile quisque videt: quare & vſu-
aria cenſetur, ac proinde utroq; iure impro-
bata quoniam & contra bonos mores cōpa-
cta, quæ idcirco inter eas pactiones numerari
merito poſteſt: de quibus loquitur Vlpianus I ge-
neraliter, inquiens obſeruari cōuenit bonaeſidei

^{4.} L. generali
ter ſi de v-
ſuris

iudicium non recipere pŕeſtationes, quæ cōtra
bonos mores deſiderantur. Quocirca ſi tale pa-
ctum

Etum expressè fieri iure non potuit, nec idē tacitè in contractu sic inter partes conuentum es-
se afferere quis potest, nisi contra leges & cano-
nes pene omnes, id tenere velit: cui per simili-
tudinem respondet Ludouicus Romanus^{1.} de
augmento pretij ipsius frumenti differēs, ac tā-
dem concludens tale augmentum, quod a tē-
pore contractus euenerit in eo contractu mini-
me locum habere. Quapropter si nullus contra-
ctus iure fieri potest, quo monetæ augmentum
post contractum accidens expressis ipsius con-
tractus verbis creditori acquiratur hac sola
de causa quod monetæ specierum (in quibus
pactio facta est) valor accreuerit, nec igitur
huiusmodi augmentū conuentione tacita cre-
ditori acquiretur. Quādoquidem actiones ex
obligationibus oriuntur, quæ à contractibus gi-
gnuntur: & causa efficiente sublata, pariter &
eiusdem effectus tollitur: unde si conuentio re-
probata est, & eiusdem executio ex conseque-
ti necessario improbatur. Insuper & pro corol-
lario huiuscē refutationis contra decimum il-
lad argumētum aliam hypothēsim paucis pro-

i
Consil. 167.

Q

ponemus, ut ex qua tanquam à simili ratio-
cinatione sumpta denuo pro emphyteutis con-
tra dominum directum concludamus hoc pa-
cto. Ad sciendum an emptor vel venditor
sit deceptus ultra dimidium iusti pretij in di-
cto contraictu, non inspicetur quantum va-
lebant aurei tempore solutionis vel recisionis
sed duntaxat quanti valebant tempore con-
traictus¹. unde si domus tempore contractus
valebat quater mille & centum libras, &
sic bis mille quinquaginta solatos secundū es-
timationem solatorum eiusdem temporis, & sic
laesus fuerit venditor ultra dimidiā par-
tem, suple, si antequam agat, augeatur valor
ad quadraginta quinque solidos (exempli gra-
tia) non desinit esse laesus ultra dimidiā, &
agere posse ex l. 2. quanquam si tempore con-
tractus valuissent aurei quadraginta quin-
que solidos, nō fuisset laeso ultra, sed infra di-
midiam, è contra in emptore laeso. Igitur sicut
ad recidendum contractum attenditur valor
extrinsecus monetæ qui erat tempore contra-
ictus, ita ad obseruandum & exequendum
contractum

I. si volūtate
C. de re-
cind. vend.

contraētum in solutione pretij. Quare & idē
iam concludendum de nostro emphyteusēs cō-
tractu: Quodē & si scrupulus aliudue dubiū ex
istō decimo argumento pendens nondum dis-
solutum videatur huic corollario legē si prius.
§ .i. ff. de aq. plu. arcend. pro nouissima huius-
ce argumenti satisfactione subiungimus, qua
contraētus in dubio intelligi debent secundum
consuetudinem: Atqui ritu haētenus assueto
antecessores emphyteutæ numum illum aureū
sub triginta assium vel solidorum pretio &
proportionē persoluere consueverūt. Quare &
presentes emphyteutæ iure ipsum sub eodem e-
tiam pretio, nempe triginta solidorum turonē-
sum eadem proportionē retēta, suo domino di-
rectō pendere sponte offerunt. Iā igitur ad un
decimam pergamus obiectionem haustam ex
l. cum quid ff. si certū petatur ^{i.} quæ erat eius-
modi: quoties monetæ species declarātur ratio
seruatur qualitatis materialis, id est intrinse-
ce bonitatis, quæ est materia, & extrinsecæ,
quæ est pretium. Cui quidem obiectioni ut
duplici autoritate fultæ pro emphyteutis du-

Et ex vſita-
to iure Frā-
cīæ atque
ex quibus
dā lenatū
decretis.
eiuldem.

plici etiam ratione satisfaciemus.

CONTRA DOMINI DIRECTI XI. RATIONEM.

Primum omnium iudices adhortando ut penè acutam attingentes & rectius scopū collimātes dictæ legis cum quid. & aliarum similiūm, sive ad idem cōducentium cum glossis & peritissimorum doctorum interpretationibus paulo accuratiū sensum animaduertant, qui ad solutionem mutuo vel per venditionē acceptæ & debitori iure ac semel reddēde, eiusdē si velit pecunia omnino certa refertur: nullo autem modo ad censum (per emphyteusim, in qua nulla pecunia data est, sed agri colendi) quamvis certo numero constitutum annuatim & perpetuo cum tanto discrimine eius quod interest, vel dāno soluendū, de quo supra latius.

Tum & si usū forensi, ut ait dominus ille, apud nos, quod allegauit, receptum videatur, & crebro senatus cōsultis decretum, de eodem nihilominus tot tantæq; hactenus fuere modoq; sunt opiniones, ut etiam adhuc sub iudecū esse appareat, quemadmodum idem

Prima ratio
solutionis.

Solutionis
secunda ra-
tio.

Im-

Imbertus ille in dicto enchiridio breuiter narrat cuius haec est prima pro emphyteutis sententia.

Solutio monetā per principem approbatā fieri debet, eaq; sub huiusmodi valore vel pre-
tio, cuiusmodi tempore cōtractus erat, ut pro-
bat textus & ibidē Immo. & Panor. in cap.
olim. de censib. extra ^{1.} quorum sententiae Ioā-
nes faber se ascripsit, ^{2.} vt ante diximus.

Ceterò si dominus suam petitionem sena-
tus decretis sive arrestis tam apprimē tueatur
vt ab his discedere nolit, iam iam senatus Pa-
visiensis arrestum illud a Papono libro x. narra-
tum legat. ³ Quod nō tā ad mutui alteriusue
contractus vt ventionis rationem manife-
ste refertur (vt illa omnia & quaecunq; alia
similia allegare posset) quam etiam ad cēsum
de quo controuersia est, quandoquidem & de
litione census in eo agebatur. Quapropter cum
nostro instituto maxime omnium consonā vi-
deatur, questioniq; propositae aptè respōdeat, ip-
sum hoc ad verbum trāstulimus, vt sequitur.
Creditor pro sibi debiti solutio non tene-

Et notae
glos. in l.
qui elegan-
ter & quire
probos ss.
de pig ac-
tiō & Guid.
pap. quest.

^{493.}
²
In authent.
hoc nisi C.
de solut. &
lib. .

³
Arrestum ^{2.}
tit. 6. lib. 10.

tur, neue cogendus est numeros in aliam formam accipere, quam ipse dedit si ex ea redammum aliquod passurus sit, neque alios nisi tales quales in contractu expressi, designatiq; sunt.^{1.} Cum ita inter contrahentes conue-

L. paulus ff. de solut. & liber.

nerit: idem de emptore intelligendum, à quo rem immobilem primum sibi venditam redhibendi siue retrouendendi pacto quis repetit. Veruntamen si monetæ species suo pretio valore vel estimatione per principis edictū creuerint dubitatio hinc notabilis manat, ad quem scilicet interesse spectet, an ad venditorem recuperantem^{2.} vel ad primum emptorem? cui questioni species facti data huiusmodi est.

Gallice au
retrahiant.

Cuius quidam Parisensis pecunia egens, suum censum aliquem siue numerorum centum aureorum prouentum vendidit cuiquam mercatori, qui venditori ut cūque diffides fideius sorē sibi petiit. Quocirca senator ille etiam Parisensis qui vocabatur Dormant, obsequium illud præstans vel amici in venditorem officio fungens cum eo vedit, seq; in solidum obligat idq; cum pacto de retro vendendo, ut aiunt

aiunt, certo tempore prescripto : quo post hac
iam pene elapso ita ut e dies, ut sic dicam,
redhibitorius in dicto pacto de retrouenden-
do insitus iam immineret dictus domin⁹ Dor-
mant venditoris illius amici sui negligentiā
agnoscens ac proinde eiusdem partes præocu-
pans, mercatori soluit emptionis sortem , sive
preium e summam præcipuā nempe mille
ducentorum aureorum scutorum, ut vocant,
solidarium quæ illius emptionis eadem erat vel
similes monetae species: nec interea animaduer-
tens dictos nummos aureos pretij vel valoris
quadraginta quinque solidorum turonensium
tempore contractus fuisse (sicuti e in contra-
ctus instrumento expressum erat) e solutio-
nis tempore aductos uno solido esse, utpote
regio edicto quadraginta sex valere, cuius ra-
tione dictus Dormat sexaginta libris vel Frā-
cis se se ipsum deceperat, e idcirco fraudem
sua ipsius culpa patiebatur: Quamobrem e
postea illos sexaginta francos ut non debitos
imprudenter persolutos sibi à mercatore resti-
tuendos in iudicio contendit: iurēq; ipso se repo-
scere

scere ait. Mercator autem cōtra se nihil aliud recepisse inquit, præterquam quod in emptione dederat. Quod e& si interea huiusmodi numorum incrementum acciderit, lucrum ex eo si bi remansisset, si ista emptione neglecta ipsos retinuisset, ac conseruasset, aut saltem si eosdem citius recepisset.

Quibus rationibus à supplicum libellorum paliorum iudicibus sive basilicanis recuperatoribus absolutus est, à quibus ad summum parisensem senatum Dormant prouocat, ubi iustis appellatorii recte atque ordine peractis restitutus: natalitia Christi uigiliae, anno mille simo quingentesimo quinquagesimo secundo, supra sententia sive generali aresto rite optimæ serie formâue prouocatore prouocasse e& iudices unde erat prouocatum, nec iure nec legibus iudicasse à senatu decretum est.

Quapropter e& mercator restitutionis condemnatur: videlicet ut sexaginta libras illas Dominio Dormant iure redderet.

Iam uero ex hoc aresto quid tandem colligimus? nihil sane pro domino: quinimo contra ipsum

ipsum omnia in emphyteutarum partes planè
vergunt. Nam & si dictus Dormant se se-
quibus suis etiam legibus tueretur, mercatoris
tamen res & causa, ut pluribus fulta ratio-
nibus, fauorabilior videbatur, quandam ni-
hilominus æquitatem præ se ferens: cum ipse
videlicet eosdem aut similes aureos nummos pri-
mo dedisset, quos si retinuisset, eo lucro poti-
tus fuisset: quare eosdem iure repetere licebat,
sed ne ipse quidem repetiit, imo ab illo Dor-
mant sponte oblatos iusteque persolutos ut sibi
debitos bona fide recepit. Et dictus Dormant
posthac se ipsum decepisse, vel lapsum suo
damno fuisse conqueritur: quid iuris? quid in-
quam? & cum liceat in contractibus se inui-
cem decipere, ut ex eo deceptus damnum
perpeti debere vel posse iure videatur: quanto
magis is, qui non ab alio, sed a se ipso deceptū
vel allucinatum se esse fatetur? Quando-
quidē & imperitia culpa adnumeratur.³ Et
iuris ignorantia neminem excusat.⁴ ac minus
senatorem, qui cum iuris peritissimus vel aliis
peritior esse debeat, saltem sui iuris minime

²
I. cause in §
item Pon-
ponius. ff.
de minorib
l. item §
quæ admo-
dū ff. loca-
ti.

³
I. illicitas §
sicuti medi-
co ff. de o-
ffic. præ sid
l. si quis fū
dum. § pen-
ult. I. item
quæritur §
si gemma ff
locati. & il-
lit. § de l.
aquil.

⁴
I. regula ff.
de iur. &
fact. ignor.
I bonorum
ff de bon.
posess. Can-
turbatur. §
notandū. §
questi. §

R ignarus

ignarus existimabitur. Quare & si in tam
facili re, vel negotio aliquo paecto aberret,
non modo imperitiae, sed & ignorantiae cras-
sa merito ascribetur: ita ut si ex eo quantum
cunque damnum patiatur, irre ipsum perpetu-
ce sebitur. At qui nec tam ingens illud danum sex
ginta librarum erat, praesertim ex notabili illa summa
aureorum mille ducentorum habita ratione
obsequij, quod mercator ille praestiterat, ac po-
tissimum bona fidei, qua usus fuerat. Insuper
illa solutione semel facta aliud nihil incom-
modi amplius ex eo consequi poterat (sicut in
emphyteusi quod est perpetuum) Quare etiam
plures rationes pro mercatore, quam pro sena-
tore illo vel debitore concertare manifeste vi-
debantur. At nihilominus causa tandem ce-
cidit Mercator ille, arrestumque generale in se-
natoris illius fauorem prolatum est.

Ex quo tanquam ex re indicata si argu-
mentum desumatur, quam ob fauorabilior ac
etiam equior erit causa emphyteutarum con-
tra suum ipsorum dominum? Qui non tales nu-
mos suis emphyteutis praebevit, ut quibus ipsi
quest-

quæstum facerent, vel sua debita persolueret, alijsue in rebus pro solamine essent: sed agros colendos dedit, in quibus perpetuò & continuò laborandum esset, ut maximo sudore victus consequerentur & ipsi. Deinde quo non semel sed annuatim ac in perpetuum censum illum penderent, qui si in dies propter præscripti numeri incrementum augeretur, non in agrorū tantum pretium, sed & in infinitum tādem abiaret: sicq; huiusmodi damnum non semel, sed semper & infinites luēdum foret, ut copiosius supra demonstratum.

Veruntamen forsitan iniustè ac perperam senatus consultum illud in senatoris eiusdem senatus fauorem datum fuisse contra mercantem illum contendet dominus directus, nec idcirco in consequentiam trahi posse, & cum neque ex emplis, sed potius legibus sit iudicandus. I. nemo iudex. C. de sentent. & interl. iud. Iustinianus inst. de officio iudicis, initio. eo minus ex hoc ut iniquo argumentū duci posse inquiet.

Porro & emphyteutarū defensor statim respondebit, quo quisque alios iure uti cogit, eo.

dem utatur & ipse l. i. ff. quod quisq; iur. in
 al. stat. ips. eod. iur. utat. l. si quis testibus C. de
 testib. l. ratas C. de rescind. vend. at senatus
 decretis uti antea voluit dominus cōtra em-
 phyteutas: ergo & ipsi contra illum ijsdē aut
 paribus senatus decretis ad suam ipsorum cau-
 sam defendendam uti merito possunt: quod
 & si pro domino directo contra suos emphy-
 teutas quādā senatus decreta extare videan-
 tur, multò tamen plura pro emphyteutis cōtra
 dictum dominum proculdubio reperiētur: imo
 verò quanquam ex varijs parlamentorū
 arrestis summarumue Franciæ curiarum
 senatus decretis varia super hanc quæstionem
 colligi posse appareant, ex horum tamen qui-
 busdam, quod pro domino directo primo intui-
 tu facere videtur, idem nihilominus sano in-
 tellectu perceptum & secundum iuris æquita-
 tem consideratum ad emphyteutarum partes
 magis vergit, earumue causam potius tuetur,
 quam dicti domini: ex alijs autem nihil fere
 pro domino directo, quinimo potius cūcta pro
 emphyteutis in hac quæstione propositis ve-
 rior

tacitæ ob-
 jectionis
 præoccupa-
 tio.

riori interpretatione colligi possunt, uti vide-
re est apud dictum Ioannem Papum, lib. 10.
tit. 5. arest. 2. & 3. & alibi. & huic nostræ
opinioni quodammodo suffragatur etiam D.
Boerius in suis decisionibus, ubi enim aliquid
pro domino illo directo contra emphyteutas
sentire videtur. ibidem tandem fatetur docto-
res plurimos tenuisse contrariū, omninoq; op-
positum asseruisse: nec id solum quinimo &
cū Ioan. Fabro testatur quod curia Fraciæ
ita obseruat ut moneta solui debeat in valo-
re currente tempore contractus, præcipue quā-
do debetur aurum vel argentum sicut & Bald.
tenet in l. duobus versic. itē quæro quid si au-
rei hodie sint maiores C. com. deleg. item Al-
bertus, & multi alij doctores à D. Boerio cita-
ti decisione 327 quorum omnium sententiae nec
rationibus carent, quæ & legibus confirmantur.
Nam & si plurimæ sint monetæ species mate-
ria signo siue tessera & pretio inuicem differē-
tes omnes nihilominus simul hanc affinitatē
habēt, ut qua in debiti solutione una alterius
vicem functionemq; subeat, usque ad ipsarū
scilicet

In insti. qui
bus mod.
toll. oblig.
in princip.
& in final.

¹
in d. l. pau-
lus ff de so-
lut & liber.

²
vt Barth. in
l. l. § fin ff. de
aur. & arg.
legat. & A
lex. s. fin.
Arat. & Bar.
in l. 2 § 1. ff.
si cert. pet.
arg. legis
operatores.
ff. de cont.
empt. & vē
dit. glos. in
l. si quis ar-
gumēto. in
verbo xst.
mat. C. de
donat.

³
d. l. cū quid
ff. si cert. pet

⁴
Faber in aut
hent. hoc
nisi. C de so
lut. & reli
qui docto
res in d. c.
quanto

scilicet valoris lege impositi cōcurrsum & sym
metriam l. que exrinsecus ff. de verb. oblig. pre
tij intrinseci materialis non habita ratione.
Ne scilicet auri moneta in eiusmodi priuile-
gio maneat, quo eius vice argentea moneta sol-
ui minus possit. Nec item argentea moneta
quin eius loco area pendi cū proportione queat.
& hæc est præcipua D. Bart. sententia ¹. his
verbis expressa moneta parua est permuta-
bilis in omnem maiorem, quod exin apud om-
nes ac inter cunctos penè contrahentes obser-
uatur, idemq; vt consuetudinis iure iam cor-
roboratum doctores obnixè tenendū censem ².

Ex quibus colligere facile licet debitoris op-
tioni concessum esse argenti & el auri monetæ
specierum debitū luere traditione alterius mo-
netæ paris ac similis bonitatis, cuius erāt illius
monetæ species debita tempore obligationis:
quamvis idipsum inter partes contrahentes nō
fuerit tale consuetum: ³ illa vero monetæ bo-
nitas est eiusdem valor, sibi lege impositus, quæ
eadem est essentialis, non autem materia ex
qua monetæ confata est ⁴. Cuius valoris ra-
tione

tione differt moneta, fitq; alia a sua ipsius materia, ad cuius rei clariorē intelligentiam notandum gnauiter est, quod ut apud Philosophos, sic et in iurisprudentia illud substantiale vel forma est quod rem in essentia producit illiq; dat esse cuiusmodi est consensus in cunctis contractibus, et pretium in venditionibus: et haec est forma qua instrumentum, actum, pactum sive contractum fieri et conflare ius precipit, quae mutata interim in substantia rei, cui materia cedit, sicut ipsi pictura tabula: Ita et moneta valor publice, id est iure communi et a principe vel magistratu impositus illi dat esse, ac efficit ut moneta dicatur: quare eodem sublato, moneta substantia periret, nec amplius moneta dici potest, quinimo in materiam informem reducitur. Quemadmodum de omnibus reprobis sive infamatis monetis fieri videmus, et quibus princeps valorem tollit. Quamobrem monetae essentiam tunc admittunt, atque ex in nihil aliud sunt, quam simplex materia à moneta non reprobata iam differens, et eo usque tale aliquid permanent,

¹
Bald. in l. etiam C. de execut. rei indicatæ De cius in rubr; de appell. extra per leg. iul. § si quis rem ff. ad exhibet de quo su pra latius,

²
l. t. § 1. ff. de contrah empt.

³
d. § si quis rem.

⁴
§ . litteræ instit. de rer. diuis.

quo usque aliud ex ijs tanquam ex materia
informi efficiatur vel alia moneta cudatur,
cui pretium ut forma nouo instituto impona-
tur. Ex quibus omnibus & id genus alijs iam
antea copiosius exacteque magis discussis aper-
te colligere licet monetæ materiā non esse in-
trinsicam eius bonitatem, imo eiusdem pre-
tium, quod falso & perperam pro qualitate
extrinseca sive bonitate externa usurpabatur
a Domino directo in hac sua ratione unde-
cima, contra quam nunc agimus: quo circua
quamuis monetæ species in contractibus decla-
rentur, non tamen ob id ratio seruatur quali-
tatis materialis, id est intrinsicæ bonitatis,
quæ est materia ut ille inepte interpretatur,
imo solius pretii tempore contractus usu triti,
quod est bonitas ipsius monetæ non extrinseca
sicut is falso putat, sed intrinsicæ, sicque subla-
to antecedenti tollitur & consequens. Quod
ut perspicue magis innotescat totam hanc
disputationem sive discussionem
contra istam rationem xi. per soritæ sive pro-
syllogismum id est coacervationem pro emphysi-
teutis

teutis contra Dominum directum sic conclu-
demus.

In omni solutione una monetæ species alte-
rius viçem functionémue subit, prôque illa im-
penditur, dummodo in pari vel simili bonita-
te persoluatur (ut supra probatū legibusq; cō-
firmatum) aurei solares sunt monetæ spe-
cies: qui ergo aurens solares debet, illorum su-
mam aliâ motetâ similis ac proportionalis bo-
nitatis soluendo se se ab obligatione dissoluit
et liberat: at monetæ bonitas nihil aliud est,
quam quod ipsi monetæ essentiam, inq; com-
merciis energiâ præbet: et valor monetæ im-
positus eidem essentiam ac talem energiâ def-
fert atque donat: quare et monetæ bonitas
est in suo valore imposito. Cæterum leges præ-
allegatae iubet ut in omni solutione par sit bo-
nitas rei bonitati huiusmodi, cuiusmodi erat
tempore contractus. Atqui illorum solariū scu-
torum bonitas tempore contractus imposito
valore ut sic dicam regulata (quod græcè
εὐτἀγατικὴ dicit potest) erat sue eorumdē pre-
zio, estimationique inhærebat: Itaque tem-

Gradatio:

pore solutionis talium scutorum debitor ut e-
phyteuta illos numos aureos scribue so ares
per aliam monetam luere potest, usque ad
concursum symmetriam vel proportionem pretij
illis scutis tempore contractus impositi, in quo
scutorū bonitas consistit, ac inhæret, ut dictū.
Insuper præter illa senatus decreta & francie
ordinationes regias iam antea allegatas Io-
annes Didacus Ispanus ille doctor Iuris periti
ssimus legem vel constitutionem a Ioanne pri-
mo hispanie rege anno salutis 1367 conditā
& aliam item ab Hērico secundo Domini anno
1511. de endem sanctam fuisse narrat. Qui
bus quidem nostra hec sententia hic paulo su-
prā conclusa pro emphyteutis contra dominum
directum approbatur. Quandoquidē & his
ipsis obligationū non francis sue libris, sed cer-
tis quibusdam aureis numis contrahendarum
veliam contractarum civilis declaratio ma-
nifesta est: & quo pacto numi essentia cōside-
ratur secundum pretium estimationēmuae ei-
dem à principe impositam, que quidem esti-
matio perpetua remanere debet, temporis con-

cap. 7. suarū
questiōnū
præcess.

eratius

tractus videlicet seruata ratione l. ideo ff. de eo quod cert. loc. Alioquin nullius contractus pretium certum, sed indefinitum ac vagum proculdubio esset, ut antea dictum, nec ex contrahentium partium conventione penderet, sed ex incerta monetarum estimatione, uti monetæ species post contractus peractos accrescerent aut decrescerent. Huiusmodi autem obligacionum certis quibusdam ac definitis monetæ ut aureæ speciebus contractarum declaratio atq; promulgatio ex Solonis illius sapientis legislatoris Atheniensis, sub eadem aut simili dubitatione pari questioni respondentis resolutione desumpta est, cuius natione huiusmodi legem sanciuit & ipse (ut ait Plutarchus in vita Solonis) qua quidem lege minima premium usque ad centum dragmas adauxit, quæ ante a septuaginta tres libras (quas francicos alij vocant) tantum valebant. Ita ut qui ingetem numerum sumam persoluendam habebant, tantundem in pretio ac estimatione his minis luebant, quantum ipsi in summa debebant circumspetto solum suæ ipsorum obliga-

tionis
mina græca
dragmas cœ
tū continēs
gallico ere
estimari po
test decē &
septē fraci
cis & deceā
solidis turo
nensibus:
dragma ve
rō valuit
tres solidos
cum sex de
nariolis tu
ronensibus
secundū Bu
dai calculū
lib. de assig

tionis tempore, sed monetæ specierum numero minime obseruato: sicque debitores multum lucrabantur, & creditores nihil damni patiebantur, nec quicquam debiti amittebant. Eodem pacto dominus directus nunc eandem sum mam a suis emphyteutis recipiens, quam cōficiebant quadraginta scuti solares tempore contractus, utq[ue] sibi promissam minime gentium l[et]es videtur quamvis alijs numis, illi persoluatur.

Veruntamen & pro domino directo interea dicet aliquis nos hactenus multa & varia proprio Marte in medium adduxisse pro emphyteutis cōtra d. dominum directū, que magis rationibus disputata, quam vel legibus, earumque glossis siue interpretationibus demonstrata vel doctorum priscorum, aut recentium auctoritate, sententiisue corroborata fuisse videantur.

Cuius oppositum & si in utranque partem hactenus exagitata, & per undecim illas rationes iam discussa gnauiter & attente legenti sole clarus innotescat: quo tamē cunctis, quatenus

tenus pro virium facultate licebit, si non penitus vel pro liuidorum palato, saltem ut cunq; satisfaciamus: primum respondemus neminem, praesertim mentis, sanæq; doctrinæ compotem, latere uel rationes illas etiam omnes quodammodo (utpote quasdam direc^te & aperte, alias vero genuina interpretatione, sive argumento, ut iure consulti aiunt) è certis quibusdam ac suis legibus ductas fuisse atque maturo iudicio exhaustas, vel nullas leges (ut quæ Sycophatis noctu apparent contrariae opinioni nostræ) à ratione alienas ne lato quidem vngē eße debere: cum & ab eadem ratione causam & principium trahant, imo & ipsæ rationes sint, hincq; tales dicantur quod rationem quandam præse ferant ac in se eandem semper retineant: ut in nostra Isagoge (breui Deo dante in lucē emitte dæ, ut quæ typis publicis mandari præsto sit, quam in virumque ius conteximus) ex professo demonstramus. Porro ut vnde que etiā omniū, præcipue obtrectatorum mentem cumulata & integra satisfactione repleamus,

amus, priusquam duo decimū illud & ultimū
(iam undecim sigillatim suo loco propria dis-
cussione peractis) totius questionis propositæ
argumentum pertingamus: quod legibus, earū-
ue rationibus iure consultorum decretis, regijs
edictis, sive ordinationibus, tū senatus consultis
sive parliamentorum, ut vocant, ares tis, &
quorundam doctorum sententiis hactenus sat
ample demonstrauimus: idem forsitan inuidis
adhuc prolixius, benevolis autem breuius per-
utriusque iuris glossas ac leges & canones in
eisdem allegatos, tum & per doctorum alio-
rum tam antiquorū, quam neotericorum, &
præsertim primorum decisiones vel commēta
etiam ad verbū relata, idem inquam rursus
ac denuo discutiemus, idq; promiscue sicut
doctores illi & glossæ modo contra hoc, alias
contra illud domini directi argumentum
directè agere videntur. Quorum sen-
tentijs nos ibidem ascribentes ad extre-
mū pro emphyteutis concludemus. Tum demū
& ultimo illi argumento satisfaciendo nost-
ram sententiam clarius palam faciemus.

In primis ergo eius quod pro decimo argumen-
to propositum fuerat, nempe in obligatio-
nibus spectari quod inter partes cōuenit &c.
solutionem pro emphyteutis tradit glossa in l.
penul. C. de solutionib. sed ibi inquit, ex vi
paeti fuit, quæ quidem vis iuris rigorem (qui
in quibusdā alijs forsitan obsernari potest) po-
tius ostendit quam æquitatem, que in huius-
modi emphyteusi magis locū habet. Præterea
si minus valet, vel non sit in usu, nō potest sol-
ui ipso iure, quia reprobata Vel diminuta mo-
neta non liberat soluentem. Ex quibus sequi-
tur dominum directum illius numi diminu-
tione detrincentum pati non posse, quin idē
pretiū, quod prius erat, illi persoluatur. Quare
nec suum argumentum ex ratione oppositiū da-
ctum locum habebit, ut numi incremento cō-
modum assequatur, ut etiam apertius &
paulò latius glossa docet in capitulo olim caus-
am ext. de censibus circa finem, in verbo vel
estimationem, ubi hec habentur, ad antiquā
monetam & mensuram antiquam facienda
est solutio licet noua sit melior, quod confirma-

^s
l. eleganter
s. qui re-
probos. ff.
de pignor
action. simi
le. ff. ad se-
natibus consil.
velleianum
l. quamvis
s. si cōvene
rit. & l. quo
tiens. ff. qui
satidare co
gant.

tur cap quanto de iure iurando extra. & magis expressum infra. hoc eod de censib. cap. cū canoniciſ. idē effet inquit, si moneta minor sit modō in vſu: quia ſoluere debet estimationē antiquae, ut hīc patet, et in dicto cap. cum canoniciſ. glossa, item in verbo, pecuniae rationem habet. si enim moneta diminuta fuifset, illam recipere nollent: cum ergo minore recipere nollent, maiorem exigere non debent. Quod item confirmatur l. penul. cum pecunia. C. de ſolut. ubi glossa. etiam si petam hoc, cuius contrariū non eram petiturus, non ſum audiendus. Vidianus & in verbo contrarium non debeat quis poſtulare, cuius contrarium non effet petiturus. At qui dominus directus decrementum ſue numos cum decremente minime peteret: ergo nec incremetū petere debet hacten⁹ glossa.

BARTOLVS.

Nunc antem ab omnium fere doctorum corypheo, inq̄ iuriū diatribis celeberrimo Bartolo nostro principia sumētes gradatim ad alios perueniemus. Et primo in hæc verba aliud pro alio inuitio creditore ſolui non posse.

I
super 1. parte ff no. tit.
de ſolut &
liber. l. pau
lus. fol. 9.
pag. 1.

1. 2. §. 1. ſu-
pra. fi cert.
petat. & 1.
eum à quo:
cod. tit.

Ex

Ex quibus de promptum fuerat domini directi
septimum argumentū contra quod inquit iki
Bartolus, quidam asserere voluerunt, ut glo
ssa dicit, quod semper eam creditor non vult,
dicitur sentire incommodum. Quia sit contra
voluntatem suam. ³ Ideo solui non poterit
⁴ quibus ipse statim respondens certe non cre-
do inquit, quod iuris consultus censorit hic de talis
incommode. Quandoquidē iuris consultus big-
damnum dicit, quid est diminutio patrimonij
⁵ sed licet non impleatur voluntas creditoris
non tamen pro hoc minuitur eius patrimonium,
ergo non tale incommodum ex eo patitur credi-
tor. hinc & alij tenent quod cogitur recipi-
re si aliquod damnum non patitur. Ad id de-
niq; quod dicitur, aliud pro alio &c iter respon-
det quod nō dicitur solui aliud pro alio fictio-
ne huius legis, mo idem videtur solui licet alia
sit forma ⁶ quod sic contigue declarata has per-
cunia debet esse talis, ut prebeat suam utili-
tatem in forma equaliter, sicut in materia. ⁷
Cetera, que pro & contra etiam continet
subdit controversie propositae parū quadratis

³
pro domi-
no directo

⁴
argum. ins-
tit de actio.
S. prateren-

⁵
pro emphy-
teutis.

⁶
I. 2. & 3. f. 22
pra de dam-
no infecto

⁷
vt etiam no-
tat. Bald.
post Petru-
in I. non a-
plius §. fin;
de leg. I.

⁸
arg. legis si
quis argētū
in princip. C.
de donat. &
I. 1, in fine
& I. Titie a-
mice de aur
& arg. legat.

⁹
vt I. 1. ff fuz
pra de con-
trah. empr

T Sed

sed pagina sequenti ibidem quæstionem mouet,
quæ nostro instituto magis respondeat hoc pacto.
Quid si moneta est mutata, de qua moneta de-
bet solui? respondet. Hæc mutatio potest duo-
bus modis contingere: vel quod mutetur ma-
teria aut forma, ita quod in bonitate aliqua
mutatio contingat: vel quod non mutetur ma-
teria formâ, sed mutetur eius bonitas in hoc
quod florenus auri vel alia moneta de argento
grossio valeret plus hodie, quam consueverat,
vel minus. Si talis inquit, mutatio ut in mu-
tatio contingat, animaduertendum si debitor sit
in mora & cetera extra nostrum propositum:
sed tandem paucis concludendo subiungit.

Damnum & lucrum florenus, exempli gra-
tia, contingens pertinet ad eum qui mutuo recepit.
Ex quibus & nos colligimus, quod si moneta
illa nempe florenus, vel aureus numus pre-
tio vel valore auctus fuerit, lucrum inde ma-
nans non creditoris, sed debitoris erit, æquipol-
lenti pretio debitum persoluendo. Et contra si
numus ille decreuerit, damnum inde consequens
etiam ad eundem debitorem iure meritoque
refere-

referetur. *Vt* qui proportionale illud totius sum
mæ debitæ pretium nihilominus pendere te-
neatur.

Ad huius autem diminutionis rationem fa-
cilius percipiendam & hæc insuper ex eodem
Bartoli loco sunt repetenda.

*R*es inquit, deteriorata dicitur quādo eius æ-
stimatio respectu pecuniae esset vilior 1. *&* ideo
in cæteris speciebus, quæ æstimantur per pecunia
2. illud est facile videre: sed in pecunia quæ nō
æstimatur per res, est videre utrum una pe-
cunia per aliam æstimetur. 3. Breuiter mihi vi-
detur inquit Bart. quod pecunia auri vel argē-
ti grossa æstimatur per minutam, ut etiam ex
perientia docet. Minuta autem nunquam æsti-
matur per grossiore. *Quod* pluribus confirma-
tur ab eodem Bartolo ibidem. *Ex* quibus &
hoc tanquam consequens postremò infert quod
pecunia minuta non dicitur deteriorata respe-
ctu æstimationis suæ: quia non habet aliquid
quo æstimetur. *Vnde* & nos rursus colligimus
(ut hæc iam questioni propositæ accommodem-
mus, alijs sat aperte eidem coaptatis numum-

1. *Vinū* f. si
cert petat;

2. *Vt l.* si ita
supra d' fide
iussoribus;

3. *Vt dict.* l.
si ita.

illum aureum, de quo controv ersia est, huiusc
 contrastus Emphyteuscos mensuram in ratio-
 ne censu s nullo modo esse potuisse. Quippe cum
 in huiusmodi pecuniae genere sit, quod incremē-
 tam & decrementum suscipit. Ita ut per minu-
 tam pecuniam semper aestimetur. Quamobrem
 si quando pro mensura haberi visus sit, non
 ille quidem ipse, sed eiusdem pretium mensu-
 ra & vicem subiuisse censendum est. Ut pluribus
 ante, & latius alijs rationibus demonstratum
 fuit. Sola enim ista minuta pecunia respectu
 sue estimationis immutabilis remanet, ut
 eadem ipsa non solum res aliae, sed & pecunia
 grossior, ut à Bartolo dicitur, aestimetur. Hæc
 autem nullo alio estimari debeat, ac proinde
 vera sit regula in estimatione & pretio de cæ-
 teris faciendo. Quocirca perperam illi mone-
 tarum generales, siue camerae computationis
 praesides, ut vocant, de solidis dijudicarunt.
 Qui (ut narratur à Papono in arresto secun-
 do tit. s. lib. 10.) ad suum ipsorum iudicium de
 quæstione quadam proposita dandum à sena-
 tū accessiti retulerunt, quod tempore contractus
viginti

Viginti septem asses vel solidi valebant quā draginta eorum, qui posthac nempe præsentī illo tempore quo restitutio vel solutio fieri petitur commerciali usū teruntur, idque tam ratio ne bonitatis, ut dicunt, siue valoris (propter maiorem meliorēmque ligam, ut aiunt, & ma gnitudinem) quām etiam ponderis. Quorum iudicio & sententia à senatu summo parisiēsi illo tandem iure stricto quidem decretum fuit sortem & reliqua, siue totum debitum solui debere aureis illis numis, non sub valore pretio vel proportione viginti septem solidorum, cuius valoris erant tempore contractus, sed quadraginta solidorum proportione habita, ut tempore solutionis valebant. Et perperam inquam. Veluti cortice tenus de re ipsa dijudicarunt: ipsius monetæ solidorum videlicet vim ac energiam non satis acute apteū discernentes. Quādoquidem ut ex paulo supra allatis Bartoli verbis assēm vel solidum illius generis monetae vel pecunie esse constat, quod estimationis sua mutationem non recipit, quatenus scilicet non solum rerum commercialium, sed aliarum

etiam monetarum mensura, norma vel regula
habetur. Nam ex quacunque materia ut
ære vel ferro, cuiuscunq; magnitudinis ligæ
vel ponderis aut mensuræ fuerit, sit et erit si
aliâ monetâ ut omnium minimâ nempe de
nario aestimetur: duodecim denarios semper va
luit, valet et valebit, quandiu præsertim pro
tali mensura communi in aestimatione rerum,
et aliarum maiorum monetarum tenebitur.
Quippecum et inter cetera monetarum ge
nera omnia, hæc tria potissimum nempe dena
rium, solidum et libram siue francum pro re
rum omnium commercialium regula, pretijq;
mensura à prima illorum iuentione hactenus
sub eadem aestimatione ut etiam oportebat
perpetuò ac interim iure habuimus. Ac proinde
debitores, ut mutui exempli gratia, non pro
maiori pretio illos asses vel solidos (quam
uis posterioris ligæ et bonitatis materialis fue
rint tempore contractus scilicet mutui, quam
tempore solutionis) non maiori inquam pre
tio in suis peragendis negotijs insumpserunt,
quam nunc, id est tempore solutionis insumi
possunt.

possunt. Cetera verò monetarū, ut grossiorū i.
genera, sicuti & res commerciales, mutationi
obnoxia perpetuò fuere. Quæ si generales illi,
vel præsides paulo subtilius animaduertissent
huiusmodi iudicium non tulissent. Quamob-
rem ex in iure post hac eiusmodi difficultates
nostrī Regis magnanimi Henrici secundi edi-
cto sive expressa ordinatione. (Quam paulo
ante attigimus) oētāuo Iulij anno. 1551. publi-
cata & altera præcedenti in ratione moneta-
rum resolutæ sunt. 2. Quibus videlicet cautum
interdictumq; est, ne quis amplius aureis nu-
mis, tanquam mutationi obnoxij, sed per li-
bras sive francos ut immutabiles contractus
peragat. Et id æquè recteq; sanctū: sed haud
scio an satis iuste quod in eisdem statim sub-
sequitur, nempe quo ad debita vel obligatio-
nes ante huiusmodi ordinationes sive edicta
aureis numis non francis sive libris per actas,
eas scilicet solui debere in proportione quadra-
ginta sex solidorum turonensium, quod erat
pretium numo illi aureo datum, à regēq; sua di-
cta ordinatione stabilitum. Quamobrem nec

1. sic. Bart. lo
quitur.

2. Ut narrat Pa-
po in are-
sto 2 tit. 5.
lib. 10.

imme-

immerito Paponus ibidem ait nescio an hac
tempestate, qua aureus ille numerus tam multū
suo pretio & valore auctus est ordinatio hæc
obseruari posset. Cuius sententia nos ascriben-
tes ut optimè, riteq; ex hactenus discussis se-
qui videtur hoc ipsum teneri non debere &
nos asserimus: in eo Ioannis fabri sententiā in
sequentes. 2. Qui ait stylū francie & sumque in
supremis curijs obseruatū esse: quod si prin-
ceps sua ordinatione monetæ estimationem di-
minuat, pro tali nihilominus solui debere, qua-
lis siue cuius pretij erat ante illam ordinationem:
quare & vel pretium & equipollens, si au-
tem eius pretium adaugeat illius monetæ esti-
matio siue pretium & valor qui tempore con-
tractus erat retineri vel obseruari pendit de-
bet. Quamvis oppositum quibusdam arestis
fuerit dijudicatum quarundam forsitan aliarū
rationum & circumstantiarum respectu habi-
to, de quibus videant illi.

Nos interim hanc nostram sententiam &
alijs autoritatibus corroborabimus ne quis te-
mere nos eam effutire secum reputet. Iā igitur
& post

5. In autent.
hoc nisi nu-
mero. II.

*Ex post Bartolum modo Paulum de Castro
audiamus. 3. qui hanc mouet quæstionem.*

3.
in. 2. parte?
ff. nou. in l.
Paulus ref-
pôdet de so-
lut. liberat.

PAVLVS DE CASTRO

*Si mutatus est valor monetæ puta quia flo-
rus vel ducatus valet plus, aut minus tempo-
re solutionis, quam valuerit tempore contra-
etæ obligationis, quid iuris erit? respondet.*

*Si mora interuenerit consideratur quantum
ad interesse damni, non quantum ad interesse
lucri. Itaque eo magis in nostro proposito axio-
mate, in quo nulla cōtrouersia est de mora, in-
teresse damni locum tantum habebit, et nul-
lo modo interesse lucri. Quoniam illud aurei nu-
mi incrementum non solutum nullum interesse
damni affert ipsi domino, cum censum assue-
tum nihilominus habeat, illique quotannis offe-
ratur et sublato solum incremento eadem etiam
summa quæ prius vel initio illi pendebatur
neppe triginta solidoruñ eidem p̄soluitur, supra qua-
cum illius aurei numi incrementum non datur,
appellari hoc quidem potest interesse lucri ex-*

V tsinseci

er in se, quod est valor & pretium maius eiusdem numi, cuius inquit Paulus, non habetur consideratio in tali casu videlicet ut probat Bartolus in l. si sterilis. §. cum per venditorem de action. emp. & vend. ff. & paulo infra hypotheses subdit ipsam.

Si creditor fuerit in mora recipiendi & tempore contractae obligationis vel mora ducatus volebat quinque libras: postea incepit valere quinque cum dimidia, debitor inquit, non cogatur dare vel reddere eosdem centum ducatos illos aureos, quos mutuo ceperat quia solueret plus, sed tanto minus quantum crevit aestimatio. Quod habeo inquit idem, de facto, & hic per ea quae habentur in l. vinum. ff. de reb. cred. si cert. pet. & certi condicione.

At dicet dominus in mora recipiendi non fui, imo instanter, ut aiunt, censum mihi iure debitum petij: quamobrem & emphyteutas in ius vocauit.

Porro & emphyteutae etia ex altera parte respondent minus se in mora fuisse. Quandoquidem censum eundem quotannis persoluere semper

Semper præsto fuere, quinimo si quæ mora vi-
deatur, potius ex parte domini esse ex eo infe-
runt, quod ipse per litem à se motam solutio-
nem assuetam differre apparebat. Vnde si ius
in eo potius emphyteutis non competere velit,
saltem aequale proinde illis concedere verè co-
getur dominus directus, cum ipse vel in mora
citius fuerit, aut si malit, vix illa hic ratio
moræ habenda sit, néue de ipsa quæstio ha-
bita: quo & nos rite concludemus tale num.
incrementum ad dominum directū nullo mo-
do pertinere. & hæc de Pauli¹. Castrensis sen-
tentia minc autem ad recentiores gradum fa-
ciamus.

Hactenus
Paulus Ca-
strensis,

FERRARIVS MONTANVS.

Ferrarius Montanus ille iureconsultus
peritissimus in institutionibus, quas post Iusti-
nianum suo marte condidit, per solutionē qua
Iustinianus obligationem tolli præceperat, om-
nem liberationem quoquo modo factam intel-
ligi debere ait, que magis ad substantiam obli-

V 2 gationis

gationis est referenda, quam ad certae rei solutionem, vel numerationem præstationemque iuxta legem. s. 4. solutionis. ff. de solut. & liberat. & l. solutio. ff. de verb. signific. & l. solutionis ff. de verb. oblig. hec ille. Ex quibus & nos inferimus quod si omnis liberatio quoquo modo facta veram solutionem esse intelligamus, ut qua obligatio tollatur: ergo & hec solutio triginta assium, non per numeros illos aureos, sed etiam per quamlibet monetam aliam facta, talis liberatio erit, ut emphyteuseos tollatur obligatio. Quippe cum & magis ad substantiam obligationis (quæ de nummo aureo triginta asses valente facta erat) sit referenda, quam ad certæ rei, ut eiusdem ipsius aurei numi, solutionem præstationemque, sicuti legibus proxime allatis probatum est.

D.FRANCISCVS BALDVINVS.

Quod denuò aliorum grauiſſimorum docto rum authoritate corroborari potest. Quorum sententiae astipulatur etiam eximius ille iuris consul-

consultorum iuris consultissimus dominus Praeceptor noster Lutetiae doctorum primus Franciscus Balduinus eloquentissimus, non solum de utroque iure & historia, sed etiam de omnibus scientiarum genere optime meritus, qui praeter hæc, siue à Ferrario Motano dictis similia in suo commentario institutionum ait.^{1.} Ut solutione eius quod debetur tollatur obligatio, operat iustam esse solutionem, qua in re tria consideranda sunt, nempe persona soluentis, persona creditoris, & res debita solueda, quæ si redatur deterior, quam commodata sunt, non liberabitur commodatarius.^{2.} quemadmodum nec solutio pecuniae reprobae soluentem liberat.^{3.}

Neque ullus creditor cogitur rem deteriore factam recipere, nisi simul id quod interest præstetur saltem ubi res debetur ex obligatione bona fidei.^{4.} Quocirca cuius est detrimētum dānum vel incommodum perpeti, eiusdem & commodum ut numi illius incremētum, iure erit,^{5.} atqui illud ad debitorem refertur: hoc igitur & ad eundem spectabit. Sic ergo numi augmentum emphyteutis commodo

^{1.}
Lib. 3 tit. 29.
in verbo so-
lutione.

^{2.}
13 §. si red-
dita ff. com-
mod.

^{3.}
I. eleganter
§. qui repro-
bos. ff. de
pignor. a-
ctio.

^{4.}
I. Paula. ff.
detolut,

^{5.}
1. secūdum
naturam. ff.
de reg. iur.
1. si quis ne-
gotia. ff. de

neg. gest. I.
fin. §. sed cū
in fine C. de
furt. l. qui p-
prio. ff. de p-
cur. l. iulia-
nº. §. ex vē-
dito. ff. de a-
ctionib. e-
mp. & vēd.

5.
Lib. 3. instit.
tit. 14. quib.
mod. re con-
trah. oblig.
in hæc ver-
ba vino, o-
leo, frumen-
to, & pecu-
niānuine ra-
ta.

6.
In Micella-
neis tracta-
tu de mone-
ta & pecu-
nia, cuiusq;
temporis æsti-
matio fieri
debeat. cap.
13.

non incommmodo vertetur, quod est oppositum
illationi à domino directo supra in sua ratio-
ne secunda relatæ.

Insuper idem ille Balduinus in eodem cō-
mētario s. ad hoc fere idem. Notandum, ait,
discrimen esse inter mutuum vini aut similis
speciei, & pecuniæ numeratæ. hic enim ad de-
bitorem pertinet, si æstimatio mutata sit: illic
vero ad creditorem, hoc est, si decē cados vini
tibi mutuo dederim, etiam si interim vini au-
cta sit æstimatio, teneris mihi reddere decem
cados vini: at si tibi decem aureos dederim, si
forte ij cum restituendi sunt pluris æstimentur,
debitoris erit hæc fortuna. Rationem discri-
minis inquit, facile puto intelligi, & alij pluri-
bus explicuerunt.

Quare & nos denique alios iuris peritiſſi-
mos mature consuluimus, & præsertim neote-
ricos ut in primis dominum Ioannem Cora-
sium. iurisconsultorum Tolosanorum decus
senatorem doctissimum: cuius propria verba
tam rite ab eo disposita, quam & ad nostrum
institutum recte accommodata hic inseram.

Emphyteuticarij tractatus
D. IOANNIS CORASII
sententia.

549

In dubio illo quo queritur quantum ad monē
tam vel pecuniam sive eius valorem & pre-
mium spectat, cuius temporis aestimationis ra-
tio sit habenda, verissimum puto (quod ple-
rique omnes docuerunt in l. Paulus. ff. de solu-
tionib. eius temporis quo contractum est, va-
lorem inspici: & id circa ad estimationem illius monetæ solutionem faciēdam. 1. Id enim
agi intelligitur, ut in eadem bonitate & va-
lore reddatur. 2. Nec ob eam rem quod esti-
matio posita creuerit creditori amplius soluen-
dum est, quam dederit. 3. Quæ sententia ita
recipienda est, si debitor in mora non fuerit,
alioquin videtur debitorem condemnari opor-
tere quanti plurimi à tempore moræ si creue-
rit estimationio. 4. Si tamen tanti illius interfue-
rit, nec eius estimationis rationem haberi vo-
lo, quæ modico tempore durabit. 5. At in nostro
proposito neq; emphyteute in mora fuere, neq;
de mora villa cōtrouersia est, ergo nihil obsta-
bit quin hæc pro emphyteutis cōtra dñm sint.

F.
c. cū canic.
d. cēsib. ext.
glos. in ca-
none cōque
rēte de offi-
cio ordina-
rij.

2.
1. cum quid
ff. de reb.
cred.

3.
1. Rutilia
Polla. ff. de
cōtra. emp.

4.
1. viñū cum
ibi notat de
reb. credit. I
final. ff. de
cond. tritic.

5.
1. pretia re-
rum. S fin.
ad leg. fal-
cid. ff.

Caterum

codem tra-
statu

Cæterum prædictis insuper addit & ista,
ad instar contractuum ultimæ voluntates
ab actus tempore interpretationem etiam re-
cipiunt. ^{1.} Quapropter si quis testator ceterum
coronatos reliquerit quorum estimatio post te-
stamentum creuerit, nihilominus tamen con-
diti testamenti tempus inspiciendum erit. ^{2.}

Item in statutis putant doctores, ait idem, co-
muniter conditæ legis tempus inspiciendum, ve-
luti si lex Municipij adulterum in centum au-
reis puniat, aut stipendiorū gratia officiali det,
mouet autem eos, quia leges municipij secun-
dum postremarum voluntatum naturam &
constitutiones regulentur. ^{3.}

^{3.}
Bart. in l. r.
de ijs quib:
vt indig. ff.

^{4.}
Inenarratio-
nibus in l. vi-
nū. ff. si cert.
pet. in verbo
vinū nume-
ro. 6. & 7.
pag 89.

^{5.}
l. fin de con-
dict. trit. ff.

Præterea & alibi. ⁴ idem auctor hæc ad
nostrum institutum conducentia his verbis
ait. Quod de vino Iulianus hic constituit, de
oleo, frumento cæterisq; rebus idē iuris esse Ca-
ius edixit. ^{5.} à cuius tamen generali pronun-
tiato monetam mutuo datam excipimus, cu-
mīs valor non solet loco, temporeq; variari. ^{6.}
sicut aliae res quæ pondere mensurāue constat.
^{7.} & quoniam si quando contingat publicam
eius

eius estimationem mutari, id sola sit principis auctoritate, ^{8.} cuius veluti impossibilis, nullam lex rationem habere solet. ^{9.} Proinde putauerim monet et valorem eum duntaxat attendi, qui fuit tempore contractus, ^{10.} cum et numorum aestimatio velut intrinseca rei bonitas consideretur, ^{11.} in qua certum est diem contractus spectari. ^{12.} Et ita nuper de eo qui aureos gallicos octingentos mutuo acceperat, quo tempore coronati singuli quadraginta tantum solidis estimabantur, plerisque licet reclamantibus respondi, debitores videlicet praestando monetam non reprobam, ^{13.} et ut dicunt currentem, ^{14.} in eadem estimatione liberari. ^{15.} Quamuis hodie constet aureorum valore ad auctum: cum enim verisimile sit eum qui mutuo pecuniam accepit, statim eam consumpsisse (nec enim nisi ab egente mutuum recipi solet) et ita non amplius in rem suam vertisse, quam tunc esset, cum mutuo data fuit, iniquum sane esset in plus eum condemnari, ^{16.} quod autem Paulus ait creditorem minime cogendum in aliam formam numeros accipere,

6.
l. ideo ff. de eo q. cert. loc. l. numis ff. de in lit. iurando.

7.
l. preia re rū. §. f. ff. ad l. falsi.

8.
l. f. C. devo ter. nu. po test. lib. 11.

9.
l. apud Iu lianum. §. fi ff. de. leg. 1. 10.

Cap. olim in fine c. pe nult. de cen fib. ext.

11.
l. 1. ff. de cō trah. empt. l. si ita fide. iu. florem. ff. de fideius.

12.
l. cum quid supra hoc tit.

13.
l. elegāter. §. quirepro bos. ff. de pignor ac- tio.

14.

Clement. f.
de decimis.

15.

I. i. s. f. de
aur. leg. ff. I.
siquis argē-
tum. in prin-
cip. C. de do-
nat.

16.

I. rogasti s.
si tibi in fin.
hoc tit.

1.

I. Paulus. ff.
de solut.

2.

Argu. leg. I.
d' fideicō. C.In instir. tit.
quib. mod.
oblig to lit.
statim ini-
tio.

si hoc damno sibi esse possit,¹ non inficiamur:
 at dicimus Iesum non intelligi creditorem cui
 præmium idem persoluitur ob augmentum præ-
 ter omnium opinionem postea subsequutum,²
 dummodo non in materia eō pōdere aureus
 diminutus sit. Hæc hactenus Corasius.

Quæ omnia cum magis ad debitoris, quā
 creditoris fauorem plane vergant, eo plus etiā
 pro emphyteutis prolata facile quisque videt,
 ut quorum causa maiori fauore digna sit,
 quam eorum scilicet à quibus semel talis solu-
 tio prestanda est, cum ipsorum emphyteutarū
 sit annua atque perpetua.

Veruntamen dominus directus Imperato-
 ris verba rursus cum Frācisci Hotomani in-
 terpretatione repetens sic refragabitur.

FRANCISCI HOTO mani opinio.

Tollitur omnis obligatio solutione eius quod
 debetur (quod legi Paulus ff. de solut. eō libe-
 rat ex altera parte respondere videtur) atqui
aurei

aurei numitales debētur: ergo. Solutionis enim verbo, ut Hotomanus in hunc locum ait, hic veram tantum & solidam solutionem intellegere possumus. quam nos naturalem appellamus, alijs pinguius loquentes materialem & essentialiem vocant. ^{1.}

In cōm. iā
fit.

E.

Ex l. penult²
d. fol. & lib.
ff.

Huiusmodi autem solutio non nisi eisdem numis in contractu expressis fieri potest, quum alioquin nec vera nec solida, minūsq; naturalis, essentialis vel materialis esset. Siquidem hæc verba numrum ipsum eiusque materiam cum sua forma integrum sonare aperte videatur: ergo. ^{Etc.}

Et nos pro emphyteutis hanc obiectionem sicuti & cæteras paucis ad superiora relatis ita facile diluemus, si prius hæc verba ingeniosè animaduertentes eorumq; sensum sana mente capientes notemus, nō ad numrum, monetā, vel pecuniam propriè referri: sed adres potius alias commerciales, ut triticum, vinum, oleū, & id genus reliqua: ut quisque aperte tam ex p̄allegatis legibus, quam earundem glossis cōprehendere poterit. Tum & si ex hypothesi

X 2 hoc

hoc etiam concederetur, quo ad nummum vel cō
muniter refferentur, ad nummum inquam fate
bimur, qui pretij norma immutabilis perma
net, non ad eum qui frequētiori mutationi ob
noxius est, ut iste de quo controuersia est : sed
potius ad eiusdem valorem tempore contra
ctus expressum vel tacitum. Idque pro inten
tione siue secundum mentem contrahentium
de quo supra fuisse.

Deinde hisce nostris rationibus suffraga
tur etiam quod apud eundē Hotomanū sta
tim post verba illa supra allata ibidem legi
tur. Cum alioqui solutionis verbum pertineat
ad omnem liberationē quoquo modo factā
magisq; ad substātiā liberationis referatur,
quād ad numerum solutionem. ^{1.}

^{1.}
Quæ sententia Ioannis Ferrarij Monta
ni etiam fuit ut suo loco diximus.

Insuper idem ille Franciscus Hotomanus
nostræ tempestatis methodicus iurisperitiſſi
mus, & inter superstites primas fere partes
sanè tenens libro primo de usuris, in ratione
usurarum de mora differens à simili per colla
tionem

I. solutio.
ff. codem. l.
solutionem
ff. de verb.
oblig.

tionem sic ratiocinatur: si vel ante diem vel
ante petitionem debitor soluerit verum est,
quod scribit Poponius in l.cum quid. ff. si cert.
petat debitorem liberari si eiusdem generis &
eadem bonitate vinum exempli gratia sol-
uat, qua recepit.

Quamobrem & si vini pretium decreue-
rit, tamen si modo æquè bonum reddat, libera-
tur: que cum ita sint, & creditor eam utilita-
tem debitori iure concedat, verum etiam esse
consequitur in mutuo pecuniae, quamvis pretius
aureorum auctum est, debitorem tamen libe-
rari soluendo tantæ summæ estimationem,
quantam acceperit. Nam quemadmodum
imminutio pretij cuiusvis alterius rei adfert
emolumentum debitori ante moram soluenti,
ita numerorum estimationis incrementum ad
eum pertinet. Hæc ille.

Quæsi in mutuo obseruentur (in quo equi-
tas creditoris favorem ut plurimum cernere
iubet, & quo semel solutio fieri tamum debet)
quanto magis in emphyteusi, ut in cuius ra-
tione plus emphyteutis, quam domino directo

iure fauetur ? tum eo etiam quod solutio illa,
ut pote annua pensatio in perpetuum fieri
debeat, ut ex ea multo plus etiam infinites
damni atque incommodi per pressuri emphitu
tæ essent, quam mutui debitor ille.

Insuper hoc teto opere patrato, proq; conces
sa iunc facultate absoluto, & priusquam sub
incide miteretur à viro in iure reddendo pri
mario regio illo generali patrono de Tolosana
republica optimè merito, pro sua humanitate
anima duerso, tractatum alium à nobis non
dum lectum suo in nos benigno fauore perle
gendum exhibuit, & idelicet Didaci Couarru
uiæ à Leyua de veterum collatione numisma
tum cum his que modo expenduntur &c.
(quamvis alterum eiusdem auctoris codicē
nempe questionum praxeos iam antea vide
rim) quo perlecto multa scopum nostrum per
tingentia ex eo notauit: quorum pauca pro au
thoris sententia, ut cōclusiones præcipuas præ
allegatorum opinionibus (tum propter docto
ris inter alios non aspernandam autoritatē,
quum & tanti viri tacito persuasu) subiun
gendas

gendas non dubitauit. Itaque & hæc erit pri-
ma conclusio ex quinta propositione capit. 7.
ipsius authoris desumpta his verbis. Ex Arist.
constat numum ipsum authoritate publica co-
stare, non tam ex substantia, quam ex quan-
titate: Ita enim ipse legendum esse censeo, in-
quit ille, in l. 1. ff. de contrah. empt. etiam si Bu-
dæus inibi ex qualitate legerit. Est enim sen-
sus quod in numis iam ipsa substantia mate-
rialis non consideratur, sed quantitas id est va-
lor impositius publicè & perpetuo constitu-
tus: quam equidem quantitatem publicam &
perpetuam estimationem vocavit paulò ante
idem Iurisconsultus. Quantitas igitur ab eodē
appellatur publica illa numismatum estimatio,
qua intelligitur & significatur, quanti nu-
mismata quodlibet locabile sit.

Vnde & nos colligimus quod si idem ipse
numus in forma specifica esset persoluendus,
ut dominus directus prima ratione sua infe-
rebat, ipsius numi substantia materialis potius
consideraretur, quam quantitas, id est valor
impositius publicè & perpetuo constitutus, si-

cuti etiam quinta ratione idem dominus dire
Etus confirmare nitebatur, argumento sumpto
à massa informi aurea vel argentea contra-
etū aliquo ex hypothesi pendenda: sed hoc ab-
surdum esse tam ex Didaci sententia, quam
ex his quæ discussa fuere contra primam &
quintam rationes illas constat: ergo & id ex
quo consequitur. Præterea & alibi idem Co-
uarruiias (fol. 333. pag. 2. col. 2. nro. 5.) ait ad
subueniendum publicæ necessitati, publicisq; im-
pensis, poterit pluris moneta aestimari, quam
numismatū materia extimeatur. Imo & hoc
ipsum quandoq; utile reipub est, ne pecunia
aurea vel argentea extra regnum aut extra
provinciam exportetur: quemadmodū admou-
nent Innocent. & Guid. Pap. in cap. quanto.
collat. 3. constat sanè ex constitutionibus Hē-
rici regis secundi & Ioannis primi ob publicas
necessitates ab ipsis numismatum pretia au-
gmentum quoque accepisse: sed & consensu po-
puli aut ciuitatum regni etiam absque publica
inopia poterit idem princeps efficere secundum
Innocent Panor. & alios in D. Cap. quanto
quod-

quodquidem quam frugiferum nostro Fran-
ciae regno foret, si iam adinuentum numorum
pretij incrementum confirmatum à rege nostro
sanctificaretur, nemo non videt: nam & si ad
merces ab extraneis necessariò nobis compa-
randas ipse pecunia non solum commoda, sed
etiam maximè necessariae saepe videantur,
sæpius tamen rerum illorum scilicet extraneo-
rum rebus ipsis videlicet nostris fieret com-
mutatio paucioribus, idque interdum numis
mediatis. Quocirca & sic maior nostrarum
pecuniarum pars apud nos remaneret, quibus
inter nos frui facilius liceret, nec ita exteris
ditescendo nos ipsos depauperaremus, ut in
dies facimus: sed res, quibus abundamus, ex-
tranei gnauiter magis queritatem suas, quibus
egemus, ultrò asportarent: & hoc pacto qui-
busuis rebus simul & numis plus affatim
certò abundaremus. Proh dolor! est & alia
proculdubio causa, omnibus iam nimis nota,
qua illi inquam exteri, ut Gallis iam exosi,
ac fermè omnibus nimis noti, non paucos nu-
mos, sed ingentes pecuniarum thezauros diu-

multumque ex paupercula plebis frugibus
haurientes cumulatos tandem secum aspor-
tant: quarum pecuniarum usu tantum abest
potiri nos posse, quin nec illi exotici ex tot
tantis pecuniis, ne ferè obolum unum nostris
egenis errogent. Et quānam causa illa est? di-
cent illi dissimulanies, quamuis illam non
minus norint, quām nos ipsi, quānam? inquā,
eam à nostris sacerdotibus ecclesiarūmue mi-
nistris, si velint petant, qui & si doctissimi,
aut saltem illis multo doctiores beneficia &
præsertim pinguia, ut isti vocant, nec tam
citò nec tam facile consequuntur, quām illi
& si omnium imperitissimi. Quamobrem &
id multo magis aegrè ferendum: quandoquidē
huiusmodi permutatio admodum tolleran-
da adhuc videretur, si isti beneficiorum vel
poiius magnorum prouentuum rapaces, minus
curarum aut officiorum cupidi, pro frugibus
&c. numis, quos apud se deferunt, nobis do-
ctrinam saltem aliquam relinquenter. At
ipsis hoc unum licet tantum effari, quod vul-
go dici solet, nemo dat, quod non habet, ergo

se se indignos ipsimet fateri tandem deberent; quod cum nolint, tales discernere iure tenentur, qui beneficia conferunt. Sed haec extra rem, quae tanquam per paratesim sive per transennam dicta velim. A quibus ad institutum reuertendo predicta resumentes sic concludimus. Etsi ad subueniendum publicae necessitati moneta plus estimari possit, quam numismatum materia: immo et hoc ipsum quandoque utile reipublicae sit, ne pecunia aurea vel argentea extra regnum exportetur. Quocirca ab ipsis regibus numismatum pretia ob publicas necessitates augmentum crebro acceptisse constet: id ipsum tamen ad alicuius ciuis particularis priuatue hominis detrimentum verti posse aut debere nemo sana conscientia dicet. Alioquin iam aperta repugnantia sequeretur: hoc modo, numi incrementum pro reipublicae utilitate adiumentum est: ergo pro huic ciuis illius ac cuiusque utilitate. At si alterius similiter damno verti posset, cum non sit potior ratio unius, quam alterius: et ita tandem no-

cratione distinctio se quarta. in can. quo modo. & in l. si filius. C. de donat l. traditio ff. de acq. rer. dom. l. si vni uersq. C. delegat. hic italicu pro uerbum malda qui non la, dit la campana de sancto petro videtur in canone ventum est l. quest. 13

vtile reipub. foret, sed potius incommodum.
 Itaque huiusmodi incremetum ipsis Emphy-
 teutis damno verti no debet, cum illi sint rei-
 pub. pars omnium maxime necessaria. Qua-
 mobrem & iure defendenda. Alia vero
 que sparsim auctor ille Couarruicias in d.
 volumine tractauit, siue nostrae sententiae re-
 pugnantia, siue quadrantia, quoniam duode-
 cim illis rationibus respondendo sat à nobis
 discussa videbantur, ad vitandam macro-
 logiam prudens omisi. Nam ergo satis super-
 què undecim illis argumentis à d. Domino
 directo initio propositis, satisfactū fuisse me-
 cum ipse reputans (ne plures leges, canones,
 glossas, ordinationes, & senatus decreta, alio-
 rumque doctorum sententias atque rationes,
 & id genus alia omnia, tāquam in aceruum
 accumulare volens, allegando lectorem tædio
 afficiam) tandem & duodecimo ac ultimo
 dicti domini arguento reliquum videtur
 ut iam modò respondeamus. Quod causidi-
 cus siue ipsius domini directi tutor (nulla ra-
 tione alia, nulloue iure neque authoritate am-
 plius

plus fultus) ex illo postremo senatus decreto
tolosano , tanquam sibi omnium accommo-
datisimo , & inter cetera cuncta propitio ,
atq; præsenti , ad extreum desumpserat . ut
quo decretum extitit , sanctum fuit eisdem
ipsoz numeros aureos in specie , eiusdēq; ligæ vel
materiæ , cuni Franciæ , ac boni , talisue ponde-
ris , cuiusmodi erant tempore contractus &c.
uti expressum in instrumento fuerat , ab Em-
phyteutis illis suo domino directo persoluēdos
esse . Quo sic prolato , & ab eisdem per aliquot
annos obseruato , postilla liti finis impositus est ,
quare nec controuersiæ locus amplius sibi vi-
detur : sed huic morē gerendo iam quiescēdū .

Verūm desistere quidem in eoque state li-
berè ac spōnte potest dominus ipse , ut qui iam
modo contentus sit : Emphyteutæ autem ut
multum grauati non vltro , sed coacti etiam
in eodem adhuc gradum sistunt , seque vi
quadam comprimunt , & impræsentiarum
subtientes tacite acquiescere apparent .

Pro quibus nihilominus huiusc disputatio-
nis siue exercitationis author nouissime om-

nium reclamitans eorundem causam, ut sane
 equissimam, ex integro ac denuo sic assumit:
 ut primò hoc senatus decretum alio subsequēti
 senatus decreto eiusdem istius parlamenti, quod
 maxime notandum, hoc unico syllogismo fa-
 cile tollat: contraria sunt quae in eodem genere
 Aristotelii in
 categorijs. posita plurimum à se distant, & mutuo se ex-
 pellunt: at qui post illud arestum proximè ci-
 tatum aliud eidem ipsi contrarium, & velu-
 ti ex diametro pugnans in eodem senatu, &
 ab eisdem forsan senatoribus prolatum fuit,
 ergo alterutrum horum, si non iure suo, saltem
 naturæ vi proculdubio tolletur. Hoc autē po-
 stremum senatus decretum pronuntiatum fuit
 in hoc Tolosano senatu die 26. mensis martij
 hoc anno. 1577, in fauorem syndici vene-
 bilis collegij fuxensis contra dominum Ludo-
 uicum de Flauyn abbatem sancti Vberi, qui
 pro annua pensatione massam quadam ar-
 genteam ponderis quatuor librarum (quas
 Budaeus cum monetarijs aurificibus & vas-
 culariis marcas vocat) cum earundem unius
 semi singulis annis sibi pendi à dicto syndico
 conque-

conquerens exposcebat idque secundum quod-
dam antiquum instrumentū, vel ex vi pa-
eti conuenti informam emphyteuseos, ut ar-
bitror, peracti: sed eo quidem arresto nihil
minus decretum est, vice illius massæ argen-
teæ summam triginta octo librarum & de-
cem solidorum ab ipso syndico succensi per-
soluedam dicto domino de Flauin interea es-
se: proportione scilicet retenta illius precii, cuius
erat massa illa tempore instrumenti effecti,
ut facile coniicere licet: cuius rationes & nos
iam demonstraueramus respondendo quinto
argumento de massa informi, quod & si
pro interlocutione decretoria datū fuerit: ve-
risimile est eosdem senatores in eadem re &
codem tempore in suo ipsorum senatus decreto,
ut vocant definitiō, idem non autem oppo-
situm iudicaturos. Et quamvis aliud ac om-
nino diuersum adhuc iudicarent, aut nedum
illud ipsum interlocutorium hīc postremo ci-
tatum tale protulissent, nos tamen a quo sem-
per animo ducti tam firmis & solidis legalis
equitatis (qua nobis in hisce pecularis est.)

rationibus sententiā nostram pro emphytentis
contra dominum niti sentimus, vt non cre-
damus, néuerullo modo nobis persuadere pos-
simus fore aliquem tam proteruum, aut petu-
lantem qui (nisi contradicendi animo ductus,
vel exercitationis gratia pro paradoxo op-
positum tenere velit) sitot & tantis hactenus
propositis démonstrationibus fidem adhibere
nolit, nostra sententiae pertinaciter vel ex in-
dustria sese opponens, saltem illa nobis in-
nata, aut rei propositae æquitate aliquantam
commotus, vel etiā Dei præcepto erga pro-
ximum pressus, nobis tādem non assentiatur.
Hoc autem ne arroganter effutitum, néue in-
stitutum nostrum temere præsumptum cuiquā
videatur; iam iam paucis huincse totius dis-
ceptionis cōplexionem modo peracturi, mul-
lius hactenus dictorum sive ab alterutra par-
te allegatorum sententiā vel rationem, qua-
tenus liceat, cum sua potissimum ratione in-
tellectam, damnare volētes, sed cuncta æqui
boniqz, consulendo de proposito axiomate etiā
ex aequo & bono dijudicantes, cum hac inter-
preta-

pretatione ita concludimus.

Quotquot leges, iurisconsultorum responsa,
doctorum sententiae, ut & glossae, praetoris
vel principum edicta, regiaeue constitutiones
sive ordinationes, & senatus consulta vel de-
creta in fauorem domini directi videntur
prolata, ut secundum quae emphyteutae eos
ipso numos aureos persoluere suo Domino
teneantur: omnia inquam illa ex vi iuris
scripti, ne dicam stricti, ac magis apparentis,
pendere intelligendum est: quo quidem &
apud pragmaticos iam tritum sermone pro-
verbium est, secundum acta allegata, & pro-
bata iudicandum esse. 1.

Cuius argumento hoc ipsum senatusde-
cretum T olosanum meritis huiusc contractus
emphyteuseos verbis inherens, paulò ante
dictum sanciuit. Idq; interim non absq; ma-
gna certo difficultate, ut in quo senatores
propriam ferendo sententiam diuisi crebro
fuere (sicuti quorundam relatu habeo) eandē
quæstionem rursus euocationis beneficio in
summa omnium curia, vel à rege ipso discuti-

I
1. illicitas. §.
veritas ft de
offic. præsi-
dis.

propter multa consequentia alia, ni fallor,
affectantes. ut apud quos æquitas altera ex
parte pugnabat. Cuius æquitatis ratione &
nos impulsi paulò ulterius progrediētes, ac ex-
tra verba eorundem sensum non cortice su-
perficiēte tenus, sed interius & penitus ac-
curateq; magis animaduertentes, neque aliā
sententiam vel autoritatem expectantes,
multo plus emphyteutis in eo fauendum esse
duximus, quam eorum Domino: etiam om-
nium hactenus discussorum, & exempli vel
argumenti gratia in medium adductorum
ratione nihilominus retenta. Nam et si in su-
pra allatis casibus, ut vēditionis aut mutui
& ius una ex parte huic nūc faveat, alias
autem & alteri: sic & æquitas vicissim
modō huic, adhuc illi oppitulatur.

At in hac nostra facti specie & æquitas
cum iure, & ius ipsum cum æquitate multo
plus pro Emphyteutis, quam pro domino pu-
gnat: & ius inquam tam scriptum, ut ex
præallegatis certè cōstat, quam non scriptum,
ut etiam naturalis ratio dicit, quæ autho-
ritate

ritate iuris, scilicet scripti, haud quaquā mutari potest: ergo nec legibus, que iuris scripti dicuntur. 2.

*giovani a dil
.0131*

²
1.2. §. 1. ff. de
vusu fructu
carum rerū,
que vsu cō-
sumuntur. &
inst. de capi-
dimin. §. cū
autem,

AEquitas item tum scripta, sicuti argumentis quamplurimis comprobatum, quum non scripta, quam sane humanum agnoscit iudicium, tamq; generalis, quam priuata sine particularis, veluti ex hactenus discussis facile perspicere licet, vel ut breuius dicamus, & cūcta paucis complectamur, & equitas 3. in vniuersum Emphyteutarum maximē partes tuetur, quicquid iuris aut contractus verba sonent, quare & iam dominus iste directus hisce omnibus & quiori animo magisque paccato animaduersis, tam contentus illo cēsu primo, nempe triginta solidorū solutione annua, esse deberet, quam maiores sui illo aureo numero (eo plus minime valente néue maioris pretij aut valoris, quam triginta scilicet talium solidorum tunc temporis existente) contenti faere, sibi q; satis esse putarunt: alioquin id ipsum & illi sic vitio vertetur, ut & in eum, eiusque censum & contra eiusdem fan-

³
quam æquitatē huiuscē disquisitionis auctor bonum & equum manibus ac pedibus totis que viribus amplectēdo maximē se- quitur.

lib 2. in ver- tores idem aut peius, quod Cicero in verrem
 rem. improporari merito possit hoc modo. Cen-
 sores isti faciūt idem quod in romana repub.
 solebant illi, qui per largitionem magistratus
 adepti erant: dant enim operam ut ita po-
 testatem gerant, ut illam lacunam rei fa-
 miliaris expleant. Sic census habitus est, ut
 eo nullius ciuitatis respub. possit administrari.
Nam locupletissimi cuiusque censum exte-
 nuant, pauperrimi augent, idq; contra legem,
 quemadmodum & apud nos fuit semper
 quorundam dominorum insolentia & im-
 probitas tanta ut sub specie iuris sui, tenta-
 uerint illicitas ex actiones facere. Cum tamē
 potius eos deceat cum colonis suis & subditis
 agere benignè ac humaniter, nec omnia ad
 viuum suo iure resecare, 2. uti Lucius Colu-
 lege illicita-
 s. ne poten-
 tiores ff. de
 officiis p̄fīdī.
 3. per pulchre differit. Quandoquidem
 & pietatis Christianæ semper hac in re fue-
 rit cum Emphyteutis humaniter agere: ut
 lib. 1. de re
 rustica cap. non ab eis quantumque licet pensionem au-
 riū exigant domini. **N**am veteres summū
 ius summam crucem & malitiam existi-
 marunt.

marunt. Cuius rei vel sententiae idem author quoque nos eodem libro admonitos reliquit. At impræsentiarum proh dolor! contrà omnino fit; etenim in tributis, vectigalibus, & id genus alijs censibus imperandis tantum oneris miserrima atque tenuissime plebi nūc imponitur, ut etiam si homines staceant, res ipsa illum censum repudiabit, ac tandem, faveente diuino numine, à se longè remouebit.

Quod sic faxit cuncti- potens Deus optimus maximus in Domini nostri Iesu Christi nomine, & Spiritus sancti mysterio supplices
continuè deprecamur.

Amen.

Εὐτὸν πατέρων προσθύεις θεῷ αὐγαδόμ.

Cum fiducia adhærere Deo bonum.

B. Συφρένος B.

Εὐλογή τῷ κύρῳ, νοῦν εκενα δούτα.

B. Synphrenus B.

Benedicit Dominū, mentem illi daniem.

Z iij Ex



EX AVCTORIS AG-

NOMINE ORTHOGRAMMA

D. F. DE C. Consil. R. Car.

Amantissim. lectori.



Nescio quid si eti quærunt anagrā-
mate cuncti,

Grammate conuerso litera nulla
sonat

Quicquam, quod nomen vel verbum deno-
tet ullum,

Illa sed inuitis lubrica sèpè ruunt:

Vt vitio qui dant virtutis nomen honestū,

Laudantes falso carmine non meritos.

Hoc siquidē fatū minime, quin alea præstat:

Haud quisquā casu fit probus, ast opera:

Sorte nec astrigeno poterit splendescere fato,

Sed bonus assidua quilibet arte boni.

At græcè Bressollus, Συνφερής nominitatus,

Cū mête ad verbū fit meta nulla thesis.

Fulgeat

Fulgeat ingenio, claro qui nomine gaudet,
 Conueniunt claris nomina clara viris.
 Sit faxint superi bona mens in corpore sano
 Σωφρεψι Bressollo cum genio valido;
 Ac tria nunc ipsi concedat prouidus ille
 Mentis, fortunæ, corporis atque bona.
 Nāq, secus frustra quiuis de nomine quæret
 Virtutem quandā, à numine ni data sit.
 Idcirco quæ fallax ex anagrāmate torquet
 Tanto conatu, ludicra sola canit.
 Seria sed lis, lex, ius, formula, curia, prætor,
 Et grauiis hinc redies sacculus ære domū?



G. STARGVINI CAR.

CASSONENSIS AD D. B. SYN-

phrenum B. doctorem

fuum tetra stichon.

Docta canit Phoebus canit ex Iove nata Dearum,
 Multum docta cohors Palladis Atonia.
 Hoc Synphrenus agens (Græci cum mente quod aiunt)
 Nihil mirum: mente & cum ratione facit.



Nostro apologetico post
proæmrium huic tractatui
pro alijs omnibus præposito
totius mei studij institutu
ac progressum, certa occa-
sione ductus, ostendens, ra-
tionem demonstravi cur opusculum hoc præ-
cateris in lucem edere nitendo tādiu ocului.
Nunc autem quare sub incude tanto tempo-
re remanserit, hanc præcipuā fuisse causam
neminem latere volo: quod cumprimum
magistratum ordinis conscriptus, ad regii
consiliarii officium exercēdum receptus fue-
rim, mox idipsum opusculum recudendum,
typisq; publicis rursus mandandum exhibui:
utque paulò emaculatiū denuò in apertum
prodiret, aliquot mensibus Tolosæ remoratus,
quandiu licuit typographis astiti: quò mēdas
ipsorum incuria sive imprudentia, ne dicam
ignauia, prolapsas corrigerem. At fortè for-
tuna, vel, ut piè magis loquar, summi Dei
fatum illi, quum & nos ipsi morbo illo
communi (quē tunc vocabat laçouluche)
sicut

sicut & cæteri correpti fuimus. à quo post mē-
sem ipse admodum solutus in aliam ægritu-
dinem etiam acriorem statim recidi: qua,
Deo optimo maximo medente, utcunque
relaxatus, ne iterum in aliud peius inciderē,
nostros repetij penates: ac ex illo moram ini-
bi gessi nostro magistratus officio fungens,
quousque mandatum quoddam siue delega-
tio mihi à præside nostro data, isthuc me ap-
pulit, unde sat commode Tolosam impræ-
sentiarum petierim. ubi tantisper remansi,
donec integrum hoc qualemque opus in a-
peritum exire coegi. Si quis autem percontari
nimis anxie cupiat, cur tot & tantis labori-
bus hoc tam exiguum vel etiam, si velint,
minutulum opus palam proferre conatus fue-
rim: præter ea quæ in d. apologetico pro respō-
so reperient, & adhuc uno verbo zoilos quo
suis certiores facio, quod cum Dominus qui-
busdam quinque talenta, aliis tria, cæteris
quatuor tradiderit, quorum y— uno modo, re-
liqui alio superlucrati aliquid fuerint: ne mihi
unicum sua gratia concessum, tanquam

in penetrali absconditum, delitescere videtur: si non illorum modo, saltem nostro, ne quidem infrugifero, cum suo lucro me hoc ipsum contulisse: quò varia spiritus sancti dona tam maiora, quam minora, contemplando mirentur & isti: tum quoduis bonum etiam minimum, pro merito laudantes, & neminem immerito aspernantes id ipsum & qui bonique consulant. Porro & liuidus quispiam alter forsan mirabitur magis, cum tantos aditus, tamque amplos ingressus, tot fores, & tam vasta aitia, tum & exitus plus aequo grandiores paruae huiusc domuscula cernet. Veruntamen nec id frustra neque abs re, quin multis rationibus peractum fuisse, quæso intelligat. Ut primò tot Epygrammata ab amicis atque familiaribus oblata, tum sponte, quum & pene inuitus huic primo opusculo nostro adnectenda suscepit: quod contra decorum renuissim. Denique an epistola nuncupatoria in omni libello ededo sit necessaria, contendere esset oleum & operam perdere: cum non iniustum, sed assuetum, & maxime

ximè gratum omnibus fermè commentatori-
bus ut clientibus, illorūmque patronis, atque
commenta legentibus semper extiterit. Proœ-
mium item totius tractatus componendi, &
compositi in lucem edendi argumentum indi-
cat: ergo non incassum. Præterea & apolo-
geticon pluribus etiam de causis apposui: qua-
rum prima omnium scribentium communis,
ac fermè vulgo nota, ut qua auctor sui stu-
dij rationes reddat, & sycophantis tanquam
per præoccupationem respondere præuideat.
Quocirca & nos eo non solum præsentibus,
quibusdam, quinimo & futuris omnibus
inuidis satissimacere conamur: ne alia apologia
in quibuscunque aliis opusculis edendis am-
plius yti cogamur. Ceteras verò occasiones
mente retentas quibusvis peritis, præsertim
benevolis, meditandas prudens omitto. Insu-
per & si paruae casulae nō limen altum, néue
latum ostium, sed potius angustum ostiolum
magis deceat, ne illa ex hoc egrediatur, ut de
quodā vico exiguo prie grandi iannua orna-
ta à prisco philosopho dictū fertur, nos tamen

& limen amplum, latamque pylam, atque
fôres multiplices & cetera paria huic do-
munculae præstruximus: quò gradatim plura
alia tuguriola id ipsum limen unicum, ut cō-
mune ingrediantur: ac ingressa huic tam af-
fabrè coniungantur, ne post hac simul iuncta
exire queant. Ac tunc ædes secundum pro-
portionem geometricam constructæ suis fori-
bus aptè, faute Deo, respondebunt. Postre-
mò & hoc uno lectorem monitum esse ve-
lim, me primum exemplar cuiusdam amico
rescribendum præbuisse, & rescriptum calco-
graphis exhibuisse, & impressa singula fo-
lia, quantum licuit, animaduertisse. Tū quæ
primo intuitu errata notare potui, emenda-
da eisdem indicaui. Ac tandem integro o-
pere confecto, denuò ipsum relegendū assu-
psi. Quod cum sèpissime à nobis lectum fuis-
set, plura forsitan intacta præteriuimus, quā-
si quispiam alter semel tantum perlegisset:
quod imperitiæ non ascribetur. Veruntamen
in uniuersum circa dictiōnum atque clau-
sularum distinctiones tot mendas comperi-
mus,

mus, ut eas sciunctim recudere calcographis
molestum, & lectoribus tedium fore vide-
rem, si omnes monstrare voluisssem. Nam
comata, colæ, puncta, parentheses, accentus, in
fine linearum diuisiones, quas appellant, &
alia id genus notulae multæ prætermissa, quæ-
dam saepius immutatae, vel traspeditæ fuere:
neque semper orthographia apprimè obser-
uata. Reperiuntur etiam græca quædam
vocabula, lineæ, integræ, & aliqua carmina
conflata elementis, punctis, spiritibus atque
accentibus inepte deliniatis, ac falsis siue
spurijs interdum pro legitimis & veris posi-
tis. At hoc non ob typographorum inscitiam,
sed propter græcorum characterum penuriā
siue defectum accidisse constat. Quocirca &
plura græca alia deserere coacti fuimus, quæ
lubenter admiscuisemus. Interea vero erra-
ta nihilominus præcipua, quæ per otium no-
tare licuit, non ita prætereunda existimauis:
quin ea suis locis per paginas & lineas sic
corrigenda indico.

VT primò in epistola nuncupatoriae inscriptione lege Syphrenos per
 n. & in eiusdem epistole pagina 3. linea 5. quibus compositum per
 n. n. ultima syllaba vice cuius reponendum u. & lin. 7. Socrates scri-
 ptum intelligatur maiuscula litera S. l. 9. legendum, animaduertens. l.
 10 legatur emulari. l. 13. l. g. vi non ut. p. 5. l. 11. Polycletus, erat scri-
 ptum per P. & y. in proximi pagina 1. l. 20. lege dejectus pag. 3 linea,
 13. lege. commercia. p. 4. ln. 5. legendum proferre per simplex p. 6. l. 4.
 promitti & per r. compositum reponendum c. loco t. p. 8. l. 19. capiendum
 erat memoria non memoria p. 9. l. 21. Non membris primā litera n. just
 scripta maiuscula ut oportet. In epigrammate domini Cazani verju 7.
 lege insidias per s. non per c. & versus 16 legendum cede abique di-
 thongo non cede. verju 7. lege. Nymphae per m. & ibidem pro triforme
 reponendum triforis. p. 1. circumflexum apologetici lin. 4. illud principio
 parent hec os delendum cuius loco reponendum coma sive virgula. in
 eiusdem apologetici p. 12. l. 21. ante dictiōnem quamvis inchoetur parē-
 thesis & terminetur post dictiōnem innumerabiles. p. 13. l. 4 Itē p.
 14. l. 9 post vocem institutum intelligatur exclamatio. In epigrammate
 quod inchoatur, Musas sicelides &c. verju 10. p. 19. Phœbi scribi de-
 bet P. maiusculo elemento. in epigrammate, Non olim merces &c p. 20.
 versu 4 inductione docere assūmī debebat e. postremum sine accentu. Ab
 exordio totius tractationis p. 4. l. 6. alumna pro alma. p. 8. l. ultima pro
 estimatione lege astimatione p. 13. l. 21. Labeo L. maiuscula. p. 13. l.
 21. in fine ponctus deest p. 14. l. 11. definitum per vnicum f. sumatur.
 p. 14. l. 12. e contra est vna dictio. Initio quartæ rationis ipsius tracta-
 tis p. 15. l. 5 quarto, o. grāni accentu notari debet &c similia pariter p.
 16. l. 4. claudenda parenthesis post verbū excedat. p. 18. l. 8 delendū
 parenthesis initium. ante præpositionem. p. 18. l. 9. post obsequiūmne
 claudatur parenthesis. & l. 10. legendum craterem non creatorē p.
 20. l. 14. delendum, iam p. 21. l. 10. Francia F. maiuscula p. 21. l. 20 lege
 Papono. p. 22. l. 17 colon in fieri debet inter reperiantur, & dominus l.
 24. punctus ponatur ante dictiōnem hac p. 13. l. 17 reponatur colon: ante
 quo circa p. 25. l. 8. ante censūs. in fieri ponctus. p. 26. l. 22. aperiē per
 vnicum p. p. 27. l. 4. integra dictio, contractus, est delenda p. 27. l. 12.
 post immutaretur ponatur coma p. 28. l. 7. transponendum colon quod
 est ante vocem mensura, vi reponatur ante quo circa. p. 28. l. 8. post
 talis, ponatur colon. p. 30. l. 4. est imposititus pro impositius. p. 31. l. 4.

finis parenthesis ponatur post verbum dicimus p. 33. l. 2. legendum intrinseca & l. 3 lege currerat. l. 5. legendum quot p. 34. l. 12. lege intrinseca vice extrinseca p. 35. l. 3 genere, & in margine l. 11. legendū Anto. Panorm p. 36 l. 11 prætermissa sicut dictio rationi. l. 24. delenda prepositio ex, ante ablatium tributis p. 37 l. 3 post verbum decessisset addatur, ipso, & Francia per F scribatur p. 46 l. 9 legendum respectu p. 51 l. 1. fiducia per c. p. 52 l. 2. leg. loquuntur p. 55 l. 11 fœdus nō per a. p. 56 in secunda additione marginali l. 16. quantum tempus pro quāmū temporis l. 8. delenda prepositio in p. 57 l. 22. pulchrum p. 59. l. 22. leg. opportuna p. 61 l. 22. tollatur parenthesis initio linea posita. p. 63 l. 9 res fungibles elegantius legetur fusiles iuncta virgula p. 70 in ultima additione marginali l. 3 Lartic. p. 78. l. 12. Medaillie quidam scribendum censem Medaillie l. 16. le possidebunt p. 78. l. ultima lege 26. non 27. Martii p. 8. l. 10. Paulus p. 89. l. vlt. sunt quadam dictiones transposite: at sic legendum collatione facta: ita ut omnino & c. p. 90 l. 8. tales, non talis & l. 18. lege auctum. p. 91 l. 4 legendum pacisci & l. 20 punctus inserendus erat inter participium presumptum & adueniātū nunc cuius prima li nempe N. maiuscula esse debet p. 92. l. 20. legendū feudataris p. 96. l. 20 post subiuerint claudere parenthesis p. 97. l. 1. seconcionem p. 99. l. 21. voluerint p. 101. l. 13. Fulcher P. 102. l. 9. Christianissimo p. 102 in fine linea 15. lege ille non illa p. 103 in admar le si is cui. & c. p. 103 l. 4. atq; p. 104. l. 22. contractibus p. 107. l. 9 loco nulla leg. multa p. 110 l. 12 leg accedit p. 114. l. 14 supple p. 126 in mar. annot. 2. l. 14 lege si quis arg. p. 28. l. 11. quo circa p. 128. pro 30 l. 9 Hispanus p. 133 l. 9 emittenda non per a. p. 13. l. 7 obseruari p. 46 l. 21. etiā p. 149 l. 2 doc. p. 151 l. 8. post dictio. solutionibus claudatur par) p. 154 in marginali addit l. 3 infra p. 158. l. 9. post ipsis add regibus p. 172 l. 7. vice suo lege summo.

In epigrammate cuius initium est, Nescio quid ficti
& c. Versu 9. p. 174. quamvis adiectivum astrigeno re-
latum siue adiunctum suo substantivo nempe fato, magis
aptè at propriè sensui nostro respondent, vt sic intelliga-
mus fato astrigeno, id est, ab astris orto siue gentio: si cui
tamen minus arri. leat & cum id ipsum in quibusdam le-
xicis forsitan non inueniet: quamvis apud probatos au-
tores idem & semilia plura reperiantur, vt apud Vir-
gilium caprigenum pecus legimus libro tertio Aenei-
dos

dos versu ducentesimo vigesimo primo.

Læta boum pafsim campis armenta videmus,
Caprigenumque pecus, nullo custode, per herbam.
Et pafsim indigena, alienigena &c. paria legantur
nihilominus ille, si mauct inquam, legat vel eius vice
assumat astrigero, seu astrifero.

Reliqua autem errata, si qua deprehendi queant, le-
ctor vel ea emendet, & si liceat aut commode fieri pos-
sit, me certiorum faciat, obsecro: saltēm, si lubet, cuius
boni consulat, quām ei culpam inferat, qui eadem illa
non minus nouisset, si accuratiū animaduertere per
otium licnisset. Quemadmodum enim facilius est inuē-
tis addere, quām inuenire (quamobrem & maior laus
inuentoribus nunquam non debetur, quippe quā vige-
bit memoria seculorū omnium, quām iis, qui antea in-
uenitis addūt) Sic & aliquid iā peractū arguere, multo
facilius est, quām id ipsum vel aliud præstatiū, aut sal-
tem quid simile, ut in lucem edatur, componere, monu-
mentisue mendare. Quare & ipsis auctoribus maior
ubique ac semper referetur honos, quām auctorū repre-
bensoribus: ut quibus hoc crebris dedecori iure verta-
tur, præsertim cum idem istis verè dici poterit, quod
christianus ille poeta suo detractori aiebat, Nullius
ingenij tanquam sīnt disticha carpis: Tu nil quum
scribas, quale tibi ingenium es? Ed igitur valeant
isti, & tu lector benebole quām optimè ac in
perpetuum valeto, & hoc vt cunque frugi
opere nostro fruitor: meliora, magisq;
frugifera, tum & limatiora breui,
diuino numine fauente, ex ea-
dem officina de prompta
lecturus.

F I N I S



